Palladius
De re rustica

PALLADII RUTILII TAURI AEMILIANI

DE RE RUSTICA

LIBER PRIMUS

RECENSUIT

ATQUE

AD SOLLEMNIA ANNIVERSARIA GYMNASII REGII D. V M. AUGUSTI CELEBRANDA PUBLICAVIT

J. C. SCHMITT,

PHILOSOPHIÆ DOCTOR.

WIRCEBURGI

TYPIS OFFICINAE THEINIANAE (STÜRTZ)

MDCCCLXXVI.

LUDOVICO URLICHSIO

HENRICO KEILIO

PRÆCEPTORIBUS CARISSIMIS

SACRUM.

PRAEFATIO.

Prima editio scriptorum rei rusticae veterum Latinorum anno 1470 Venetiis per Nic. Iensonum natione Gallum recensente Georgio Merula in lucem prodiit[1]*: sed Palladii libri ex quo codice manu scripto hausti sint, non liquet.*

Editionem Louaniensem anni 1474 Schneiderus dicit[2]*) ex codice peculiari eoque egregio exscriptam esse et multas praeclarasque lectiones in Palladio sibi exhibuisse ac reliquarum editionum vitia omnia conrexisse.*

Politiani lectiones constat ductas esse ex codicibus Florentinis: horum in numero habendus esse videtur ille codex Florentinus, de quo infra loquar.

De libris manu scriptis, quos Ulitius contulit, nihil cognitum est, nisi quod in catalogo bibliothecae Heinsianae part. I p. 179 Lugd.-Batav. 1683 legimus Palladii editionem Coloniensem anni 1536 cum duobus codicibus per I. Ulitium conlatam esse[3]*.*

F. Sylburgius auctor editionis Commelinianae anni 1595 praeter Bruschianam contulit codices Palladii Palatinos[4]*: quos, cum mense Aprili anni 1875 Romae versarer, me in bibliotheca Vaticana vel potius Palatina non repperisse doleo.*

---

[1]) *Gesneri praef. XLIX.*

[2]) *Scriptorum rei rusticae veterum Latinorum tomus III praef. IX.*

[3]) *Schneideri tom. III praef. VIII.*

[4]) *Schneideri tom. III praef. VII.*

De libris manu scriptis, quos se conparasse Bastianus auctor versionis Palladii Italicae (Florentiae 1605) adfirmat[5]*), nihil amplius constat: fortasse iidem sunt, quos Politianus ad Castigationes suas adhibuit.*

C. Barthius usus codice manu scripto multa inde ad Palladium adnotavit[6]*) in opere suo, quod inscribitur Adversaria (Francofurti 1624): sed de eo codice neque ipse quidquam conmemoravit neque alius nisi Gesnerus, qui a Lugdunensi illum diversum esse censebat.*

I. Fr. Gronovius codicem Palladii Lugduno-Batavae mense Augusto anni 1637 contulit eiusque lectiones margini editionis Commelinianae Abr. Gronovii adscripsit[7]*): is autem codex exstat Lugduno-Batavae in ea universitatis bibliothecae parte, quae vocatur publica*[8]*).*

Codex Vossianus, cuius lectiones ab I. Perizonio excerptas Chr. Schoettgenius adhibuit[9]*), idem esse videtur, quem I. Fr. Gronovius contulit, quia Lugduno-Batavae in ea universitatis bibliothecae parte, quae dicitur Vossiana, nullus Palladii liber manu scriptus adservatur*[10]*): Vossianum igitur cognomen errore quodam Perizonii exortum esse suspicor. quod autem Schneiderus dubitavit, num codex, qui vocatur Vossianus, idem esset ac Gronovianus, quia paucae Gronovii lectiones a Perizonio non adnotatae essent, conlatio illius diligentior esse videtur quam huius: nam ceterae lectiones, quae plurimae ab utroque adferuntur, inter se plane consentiunt*[11]*).*

Cantabrigiensis codicis lectiones paucae ad priores Palladii libros ab A. Gronovio conmemoratae sunt[12]*).*

Codices Palladii, quibus Iac. Gronovius ad Collectanea sua usus est[13]*), Italici fuisse videntur: quos non novimus.*

---

5) *Schneideri tom. III praef. IX.*

6) *Gesneri praef. XV, Schneideri tom. III praef. VII.*

7) *Schneideri tom. III praef. VII.*

8) *Catalogus librorum tam impressorum quam manuscriptorum Bibliothecae Universitatis Lugduno-Batavae cura et opera W. Senguerdii, Iac. Gronovii et I. Heymanii, Lugduni apud Batavos 1716, p. 329, num. 102.*

9) *Gesneri praef. XV, Schneideri tom. III praef. VII.*

10) *Cf. Catalogus libr. t. impr. q. ms. Bibliothecae Universitatis Lugduno-Batavae s. l.*

11) *Excepto* 1, 37, 7 (38, 2) praecepi *Gron.*, praecipi *Periz.*

12) *Schneideri tom. III praef. X.*

13) *Geelii Catalogus librorum mss., qui inde ab anno 1741 Bibliothecae Lugduno-Batavae accesserunt, 1852, n. 603.*

A Pontedera in Palladio emendando praeter alios libros etiam codices Vaticanos adhibitos esse fit mentio[14]*: quo in numero an ille Vaticanus, de quo postea paululum disseretur, numerandus sit, nescio. lectiones quoque ex vetustis bibliothecae Laurentianae codicibus per amicum quemdam exscriptas Pontedera ille in usum suum convertit*[15].

Wratislaviensis Palladii codex bibliothecae Rhedingerianae a C. Schwarzio inspectus esse dicitur, id quod pateat ex adnotatione eius ad epistolam Palladii libro XIV praemissam[16]*: sed nusquam, quod ego sciam, illius codicis lectiones reperiuntur.*

Tres libros manu scriptos ab I. Wassio conlatos esse Schneiderus obiter conmemoravit[17]*: quos Anglicanos fuisse probabile est.*

Codicis manu scripti, qui hodie Erfurti in bibliotheca regia sub signo Cod. Amplon. q^o. 15 adservatur, lectiones ab I. Fr. Herelio excerptas A. Ernestius in secunda Gesneri editione addidit[18]*. is codex chartaceus, saeculi XIV, foliorum 76, versuum 32 continet praeter Palladium Anonymi librum de quattuor virtutibus cardinalibus aliaque*[19].

Codex Vindobonensis, de quo Schneiderus disserit[20]*, est idem, quem Endlicherus*[21] *sub numero CVIII profert manu scriptum, chartaceum, saeculi XV, foliorum 205, in quarto. is in bibliotheca aulica Vindobonae sub numero 3198 adservatur. continet autem diversa scriptorum Latinorum poemata, ut Catulli, Petronii, Tibulli, Ovidii, Lactantii, Fortunati, Hieronymi, Claudiani, Marsupini aliorumque, in quibus sub numero XIX a folio 183 ad 186* Palladii Rutilii Tauri de Insitione Liber *legitur. desunt triginta quattuor priores versus cum epistola Palladii ad Pasiphilum carmini praemissa.*

Ex his igitur codicibus, quorum non ita magnum numerum iam Gesnerus, omnes fere Schneiderus conmemoravit, plurimi aut parvi aut nullius

---

[14] *Gesneri praef. XLV, Schneideri tom. III. praef. VIII.*

[15] *Gesneri praef. XLV.*

[16] *Gesneri praef. XV, Schneideri tom. III praef. VIII.*

[17] *Tom. III praef. XII.*

[18] *Gesneri praef. XXX, Schneideri tom. III praef. X.*

[19] *Hoc vir doctissimus H. Weissenbornius, qui bibliothecae Erfurtensi praeest, summa cum benignitate mecum communicavit.*

[20] *Tom. III praef. XV.*

[21] *Catalogus Codicum philologicorum Latinorum Bibliothecae Palatinae Vindobonensis, 1836.*

sunt momenti ad rationem criticam, quia horum lectiones aut minime in medium prolatae sunt, ut codicum Wassii, Wratislaviensis, Iac. Gronovii, aut a coniecturis editorum discerni non possunt, ut editionis Iensonianae, Louaniensis, Coloniensis (codicum Ulitii), Commelinianae, versionis Bastiani, codicum Pontederae. C. Barthii autem fidem satis incertam esse inter omnes doctos constat. at codicis Lugdunensis lectiones non parvi aestimandas esse iam ex consensu I. Fr. Gronovii et Perizonii, qui hunc librum perantiquum[22]) *contulerunt, sequi videtur: sed quid re vera valeat, paulo infra quaeretur aeque ac de lectionibus Politiani et codicis Erfurtensis.*

Accedo ad codices, quos ipse excussi: horum quidem quattuor genera facile discernas. primum genus efficiunt tres, qui ex eodem codice verbis continentibus exarato transscripti sunt et vetustate atque integritate quadam scripturae excellunt.

Ex eis est vetustissimus codex L i. e. Laudunensis, qui Lauduni in bibliotheca urbana sub numero 426 bis adservatur[23]). *is codex est membranaceus, manu scriptus, saeculi IX, foliorum 120, quae notis numerorum non instructa sunt, versuum 25, in quarto. primo quaternione deficiente reliqui incipiunt his verbis:* obruantur, donec munda 1, 8, 2. *Palladio finito in posteriore pagina folii 115 incipit* Anonymi tractatus de architectura. *eum librum ex codice, qui continentia verba habuerit, exscriptum esse multa docent*[24]). *ipse habet* a *et apertum et clausum,* n *in textu saepissime forma, quae dicitur, capitali,* t *non raro subversum: literae* u *et* o *saepius inter se permutatae sunt*[25]) *itemque* b *et* u[26]), e *et* i[27]). *pro* c *interdum* ch *legitur*[28]). *saepissime vocalibus, quae vocabula incipiunt,* h *prae-*

---

[22]) *Catalogus etc. Lugd. ap. Batavos 1716, pag. 329, num. 102.*

[23]) *Contuli Lauduni mense Septembri anni 1874.*

[24]) 1, 10, 1 stridore sedit, 1, 12, 1 intriclinis, 1, 19, 1 ab omnium ore 1, 21, 1 abomnium hore, 1, 35, 4 intauem, 1, 41 (42), 1 mollissime, 3, 18, 2 obuersa est et erant.

[25]) 1, 8, 3 paulolum *(u superscriptum est)*, 1, 18, 1 forno — lacos, 1, 19, 1 sufoso, 1, 34, 7 exclusos, 1, 35, 6 cute.

[26]) 1, 13, 2 aequauimus — coaequauimus, 1, 20 1 dictabit, 1, 24, 3 fauam, 1, 35, 4 intauem, 1, 35, 16 calbaria, 1, 38, 1 albearia.

[27]) 1, 13, 2 subnectimus, 1, 28, 2 pinnarum, 1, 30, 1 uarei, 1, 35, 1 pinnis (e *superscriptum est*), 1, 35, 13 ucrueces, 1, 37, 7 (38, 2) praecipi, 1, 40 (41), 3 schoream *(i superscriptum est).*

[28]) 1, 17, 4 lauachris, 1, 28, 6 christa, 1, 40 (41), 3 *schoream.*

fixum est nec minus saepe h *incipiens omissum*[29]. *ad summam librarius, qui hunc codicem conscripsit, satis indiligens atque indoctus fuisse videtur, id quod etiam ex nonnullis vocabulis, quorum priores literae non scriptae sunt*[30], *et ex aliis mendis eisque ineptis conici licet. a manu multo posteriore aliquot emendationes inter lineas adscriptae sunt itemque in textu nonnihil conrectum*[31].

Omnium autem gravissimus est codex P[1] *i. e. Parisinus 6842 B membranaceus, manu scriptus, olim Colbertinus, saeculi X, foliorum 89, versuum 26, in quarto*[32]. *priores duo quaterniones deficiunt, posteriores incipiunt:* testaceam subterinducis 1, 39 (40), 5. *huc accedit, quod quinquaginta sex folia ita sunt umore vitiata, ut eorum altera pars minime, altera carptim tantum legi possit. aversa pagina folii septuagesimi primi sic incipit*: DIETA. Ratio observationis *etc., postea legitur fragmentum commentariorum Caesaris. is codex et ipse habet* a *et clausum et apertum,* t *nonnumquam subversum,* n *saepius capitali forma aliaque, quae scripturae Merovingianae propria sunt. litera* h *vocalibus incipientibus plerumque est praefixum. raro* b *pro* u *est scriptum, itemque* u *pro* b[33]. *neque in hoc codice absunt loci, qui eum a libro verbis continentibus scripto ortum esse demonstrant*[34]: *qui cum aliquanto pauciores sint neque multa menda legantur, librarius huius codicis diligentior et intellegentior fuisse videtur quam Laudunensis. atque hic Parisinus ita cum illo consentit*[35], *ut dubitari non possit, quin ex eodem fonte fluxerit.*

---

[29]) Harena *et* arena, humor *et* umor, horreum *et* orreum, hortus *et* ortus *(gen.* i*)*, hortus *(*solis 1, 8, 3*)*, habundo *et* abundo, hordeum *et* ordeum.

[30]) 1, 9, tit. state, 1, 15, tit. toriis, 1, 38, 2 odia.

i e i n li
[31]) 1, 9, tit. De hiberno et state, 1, 9, 2 misceatur, 1, 9, 4 hiema, 1, 11, 2
tec s s cimino
suscipiant, 1, 15, tit. de toriis, 1, 20, 1 nullor, 1, 24, 2 multelis — cumino, 1, 29,
tur v i m a
1 parendum, 1 30, *3* ortica — mensum, 1, 31, 1 uilla, 1, 34, 5 ex qua, 1, 34, 8 quae-
q: m cu
cum, 1, 39 (40), 1 destructa, 1, 42 (43), 4 cullis, *praeter quos locos nulli in primo libro reperiuntur.*

[32]) *Contuli Parisiis mense Augusto anni 1874.*

[33]) 2, 13, 7 *clib*:, 2, 15, 11 creauit, 6, 3, 2 declibes.

[34]) 3, 18, 2 obuersa est et erant, 4 11, 2 lunati spatulis, 5, 8, 6 diesufficiat, 7, 7, 6 discordesunt, 7, 7, 8 quo di seuelis, 8, 4, 5 acoitu ire uocant, 10, 13, 3 capparinarescit.

[35]) *Testimonio sunt cum aliae scripturae tum haec:* 3, 17, 8 uiceat, 5, 7, 1 saliuati, 8, 4, 5 acoitu ire uocant, 9, *8*, 5 fosselibra crates, 10, 10, 3 multibus.

Tertius est codex P^2 i. e. Parisinus 6830 D membranaceus, manu scriptus, olim Puteanus, saeculi X, foliorum 60, versuum 31, in quarto [36]*). desiderantur noni libri finis, decimus, undecimus duodecimique pars magna, ex quo fit, ut aversa pagina folii quinquagesimi sexti terminetur his verbis:* aerem surgere videris (9, 8, 1), *quinquagesimum septimum sit vacuum, duodesexagesimum sic incipiat:* inulam siccam (12, 18, 1). *hic quoque codex umore carptim est vitiatus. ex vacuo folio quinquagesimo septimo efficitur illum librum, ex quo hic exscriptus est, fuisse mutilum ipsum: atque in eo verba continentia fuisse multis locis probatur* [37]*). in principio manus secunda perpaucos locos emendavit. literae* u *et* b *inter se variantur,* h *vocalibus, quae vocabula incipiunt, saepe est praefixum:* a *apertum,* t *subversum,* n *capitale non iam sunt in usu. neque dubium esse videtur, quin ex eodem fonte emanaverint hic codex et Laudunensis et Parisinus primus* [38]*).*

Secundi generis sunt ei codices, qui continuam habent manum secundam sed gravioribus vacant interpolationibus.

Huc pertinet V i. e. Vindobonensis 148, quem Endlicherus in Catalogo suo subnumero CCCXV profert membranaceum, manu scriptum, saeculi X, foliorum 88, columnarum 2, versuum 27, in quarto [39]*). hic codex quamquam est integer, tamen multas habet rasuras et conrecturas, quae ad orthographiam et adsimulationem spectant* [40]*). quae defuerant literae et verba, saepissime inter lineas, nonnumquam in textu adscripta sunt: hae autem interpolationes et a vetustiore et a recentiore manu factae sunt. interdum* h *vocali initiali praefixum est. hic codex, quamvis plerumque cum iis tribus, quos iam tractavimus, consentiat, tamen multas lectiones habet peculiares, quas nullus alius praebet* [41]*). itaque non dubito codicem V in secundo genere numerare.*

[36]) *Contuli Parisiis mense Augusto anni 1874.*

[37]) 1, 6, 10 ac innulla, 1, 12, 1 intriclinis, 1, 14, 1 cuicalcalcem, 1, 19, 1 abomnium ore, 2, 14, 3 nasturciocimerucae, 3, 25, 29 postriennium.

[38]) *Prae multis aliis locis respiciantur hi:* 1, 19, 1 ab omnium ore, 1, 12, 1 intriclinis, 1, 13, 1 asseris, 1, 13, 2 subnectimus, 1, 18, 1 sterculinis, 3, 9, 8 Jampinarius, 3, 25, 10 salmam — bidui.

[39]) *Contuli Vindobonae mense Martio anni 1875.*

[40]) *Semper* sucus *pro* succus, suboles *pro* soboles *aliaque id genus, saepe* illino *pro* inlino, allino *pro* adlino *etc.*

[41]) 1, 9, 3 ceraso, 1, 9, 5 aspiciant, 1, 15, 1 marmoreo, 1, 17, 3 minutatim, 1, 18, 1 toui, 1, 19, 2 redactos *aliaque.*

Tertium genus efficiunt codices multis interpolationibus conrupti.

Ex eis est P³ i. e. Parisinus 6830 E, membranaceus, manu scriptus, olim D. Dufresne, saeculi XI, foliorum 72, versuum 36, in folio[42]*. hic quoque umore vitiatus est aliqua ex parte. inest manus secunda, quae tales rasuras et conrecturas fecit, quales Vindobonensis habet*[43]*. multis locis interpolationes obcurrunt*[44]*.*

Ex codice P³ originem ducit E i. e. Erfurtensis, id quod plurimae lectiones docent[45]*. praeterea non paucae interpolationes peculiares reperiuntur*[46]*.*

Eiusdem generis est codex P⁴ i. e. Parisinus 6830 F, manu scriptus, partim membranaceus partim chartaceus, olim Puteanus. pars prior[47] *i. e. membranacea, foliorum 80, versuum 29, in folio, quae Palladii libros tredecim continet, saeculo XIII, posterior i. e. chartacea Varronis de eodem argumento librum tertium amplectens anno Christi 1414 exarata est. in hoc codice uno tituli ante singula capita desunt. inest manus secunda. plures conrecturae atque interpolationes reperiuntnr, quas P³ non habet*[48]*.*

---

[42] *Contuli Parisiis mense Septembri 1874.*

[43] *Semper* baca *pro* bacca, suboles *pro* soboles, nunquam *pro* numquam *aliaque id genus.*

[44] 1, 5, 5 subsideat — et exaequata — nec vel sublimis vel asper, 1, 6, 1 benignitatis, 1, 6, 3 ab occidente — electus, 1, 6, 7 iniquus — aequitati, 1, 6, 18 in laetaminandis, 1, 7, 2 uitibus, 1, 8, 2 et propter — inueniatur, 1, 11, 1 per pluuiam, 1, 17, 1 ad nitorem *etc.*

[45] 1, 4, 2 insideat, 1, 5, 4 cognoscis. 1, 5, 5 subsideat — exaequata — ne vel sublimis vel asper, 1, 6, 1 benignitatis, 1, 6, 2 ab occidente, 1, 6, 7 iniquus, 1, 6, 9 in prouinciis eius generis, 1, 6, 14 si exaruerint, 1, 6, 17 fuerit, 1, 6, 18 in laetaminandis, 1, 7, 2 uitibus, 1, 8, 2 et propter — inueniatur.

[46] 1, 2, 1 naturalis, 1, 4, 1, ibi — cognoscamus, 1, 4, 2 aut, 1, 5, 1 aut nuda — raritate, 1, 5, 5 liber quolibet exilio, 1, 5, 6 poscit, 1, 6, 6 sunt quae, 1, 6, 11 clausus — facilem et celerem, 1, 6, 14 proscindantur — auferetur, 1, 6, 16 recliuo, 1, 6, 17, terrae, 1, 6, 18 naturae beneficiis, 1, 8, 2 petram suspicatione, 1, 9, 3 siccetur, 1, 10, 2 colligatur.

[47] *Contuli Parisiis mense Septembri anni 1874 prima sex capita tota caeterorumque locos, quos a vulgari lectione discrepare iam ex aliis codicibus cognoveram.*

[48] 1, 4, 2 ut si uiciato — inueniatur, 1, 5, 1 uel uliginosa, 1, 5, 4 utilia, 1, 6, 4 regioni, 1, 6, 16 spargitur, 1, 6, 18 ex dilectis care et tenere.

In eodem genere est numerandus codex F i. e. Florentinus sive Laurentianus 47, 33, membranaceus, manu scriptus, saeculi XIII, foliorum scriptorum 57, columnarum 2, versuum 36, in quarto [49]. *postremi folii scriptura ita evanuit, ut vix legi possit. insunt multae interpolationes* [50].

Tertii generis esse etiam codicem G i. e. Lugdunensem, qui ab I. Fr. Gronovio conlatus est, ex multis adparet locis [51].

Lectiones, quas praebet A i. e. Angelus Politianus, efficiunt aut codices Florentinos, ex quibus ille hausit, iam interpolatos fuisse aut ipsum coniecturas fecisse [52].

Ex eodem vero fonte, ex quo codex Vindobonensis fluxit, libros manuscriptos tertii generis emanasse probabile est [53].

Quartum genus est id, cuius codices licentia atque interpolationibus scatent.

In eo numero est codex R i. e. Romanus sive Vaticanus 2193, membranaceus, manu scriptus, saeculi XV, foliorum 156, columnarum 2, versuum 52, in folio, quo non solum Palladii de praeceptis rei rusticae siue de agricultura libri tredecim [54] *sed etiam alia eaque diversa continentur, ut Lucii Apuleji Madaurensis De deo Socratis, eiusdem De dialogo Mercurii Trismegisti qui etiam Asclepius denominatur, eiusdem De Platone, eiusdem Liber ad Faustum, eiusdem Floridorum libri IV, eiusdem De magia libri II, eiusdem Metamorphoseon libri X, Ciceronis Oratio pro M. Marcello, Sexti Iulii Frontini Strategematon libri IV, Flavii Vegetii Epitomes rei militaris libri V, Ciceronis Oratio pro Q. Ligario, Anonymi observationes quaedam*

---

[49] *Contuli Florentiae mense Aprili anni 1875 in hoc codice omnes locos, qui in aliis codicibus a me iam conlatis a vulgari lectione discrepuerant.*

[50] 1, 4, 1 ei — rigore, 1, 4, 2 haec et his, 1, 6, 3 electus, 1, 6, 7 nobilitas — et voluptati et utilitati, 1, 11, 1 per pluuiam, 1, 15, 1 subiurgenda, 1, 18, 2 longiore, 1, 20, 2 ardore.

[51] 1, 1, 2 a nobis, 1, 4, 1 cognoscitur, 1, 4, 2 atque similia, 1, 6, 3 electus, 1, 6, 4 regioni, 1, 6, 7 lateribus, 1, 6, 8 tributi, 1, 7, 2 pastinatorum, 1, 8, 2 aliquanto.

[52] 1, 2, 1 salubris, 1, 3, 1 si enim, 1, 3, 1 emittunt, 1, 4, 1 tempore — suo frigore, 1, 5, 3 parum, 1, 6, 4 quae inuenies aratro praetermissa, 1, 6, 5 terra iubetur.


[53] 1, 5, 5 aliquo liber auxilio, 1, 6, 3 electus, 1, 6, 4 quae in uineis aratro praetermissa sunt, 1, 6, 8 uber, 1, 6, 9 acinatium, 1, 7, 3 algor erigescat, 1, 10, 1 possidet, 1, 13, 2 tunsi.

[54] *Contuli Romae mense Aprili anni 1875 librum primum.*

super agricultura. ac Palladius quidem incipit a fol. 118 pag. 2 col. 2 et terminatur fol. 150 pag. 1 col. 2. initiales literae singulorum Palladii librorum auro atque intus picturis ornatae sunt. huius codicis eam partem, quae Palladium conplectitur, ad eundem librum, ex quo codices secundi et tertii generis originem traxerint, reducendum esse ex pluribus locis adparet[55]*. sed nihil momenti ei concedendum esse lectiones, quae sub insequenti textu libri primi proferentur iam demonstrabunt.*

Eiusdem generis is quoque fuisse videtur codex, quo Vincentius in Speculo suo naturali conscribendo[56]*) usus est, atque huius libri multas Schneiderus adtulit lectiones, quae textum Palladii a Vincentio insuper retractatum et emendatum esse docent.*

Quae cum ita sint, hoc stemma propono:



In restituendo igitur Palladii textu oportet primum codicem P 1 respici, tum L, postremo P 2: caeteri autem Palladii aut parvi aut nullius sunt ponderis.

Iam transeo ad eos codices, qui Palladii librum decimum quartum sive metricum continent.

---

[55]) 1, 4, 2 atque similia, 1, 5, 5 aliquo liber auxilio, 1, 6, 3 electum 1, 6, 4 quae inueneris aratro praetermissa, 1, 6, 7 et uoluptati et utilitati, 1, 6, 14 si exaruerint, 1, 6, 18 letamandis, 1, 19, 1 suffosso, 1, 26, 2 recenter.

[56]) *Schneideri tom. III praef.* X.

Omnes enim illi libri manu scripti, quos supra dixi, librum metricum non praebent praeter V^1 i. e. Vindobonensem 3198 iam supra conmemoratum[57]*).*

Idem igitur liber metricus continetur codice V^2 i. e. Vindobonensi 4772, quem Endlicherus[58]*) sub numero CCLXXXV profert chartaceum, saeculi XVI ineuntis, diversarum manuum, foliorum 377, in octavo minore, cum inscriptione* Palladii Rutilii Tauri Emiliani de Insitione arborum carmen ad Pasiphilum virum doctissimum [59]). *inter lineas manum secundam habet. epistola ad Pasiphilum sive Praefatio deest.*

Codex F^1 i. e. Florentinus sive Laurentianus 47, 24, membranaceus, manu scriptus, saeculi XV, foliorum scriptorum 141, in quarto minore, totum Palladii opus cum libro metrico conplectitur[60]*). tertii autem generis, de quo supra disserui, esse videtur, cum priores libri, quod cognoverim, multas interpolationes prae se ferant. praeterea codex, qui plures litur as habet, pictura in principio et initialibus literis singulorum librorum aureisac pictis instructus est.*

Codex F^2 i. e. Florentinus sive Laurentianus 53, 15, chartaceus, manu scriptus, saeculi XV, foliorum 179, in octavo minore continet: I Donati breviatio Ovidii. II Anonymi vitae Ovidii aliorumque. III Asconii adnotationes ad Ciceronis orationes quasdam. IV Anonymi de deminutivis nominibus Opus. V Anonymi Commentarius in Virgilii Priapeiam. VI Palladii de arte insitionis Libellus, praevio Prologo[61]*), ut in Codice XXIV Plut. XLVII (F^1). VII Fenestellae de Romae Magistratibus Liber*[62]*). VIII Alia Ovidii vita incerti auctoris. Palladii liber incipit a folio 127. aliquot locis manus secunda adparet.*

Codex R^1 i. e. Romanus sive Vaticanus 5245, chartaceus, manu scriptus, saeculi XV, foliorum 213, conprehendit praeter alia a folio 85 usque ad folium 91 Palladij Rutilij Tauri aemiliani ad Pastellum de Insitione [63]).

---

57) *Contuli Vindobonae mense Martio anni 1875.*

58) *Catalogus etc. Vind. 1836.*

59) *Contuli Vindobonae mense Martio anni 1875.*

60) *Contuli librum metricum Florentiae mense Aprili anni 1875.*

61) *Contuli Florentiae mense Aprili anni 1875.*

62) *Teuffel, W. S., Geschichte der römischen Literatur, 2. Aufl., 254, 5.*

63) *Contuli Romae mense Aprili anni 1875.*

Ex his codicibus F^1 cum vulgari lectione, quae usque ad Schneiderum in editionibus erat, exceptis nonnullis rebus parvulis[64]) *plane consentit: itaque ex illo codice fluxisse videtur.*

Neque multum ab eo V^2 *discrepat*[65]).

Sed codices V^1 et F^2 et R^1, qui inter se concordant, plures lectiones habent[66]), *quae hos ab alio eoque meliore fonte emanasse quam illos indicent: aliquotiens sane obcurrunt in codice F^2 lectiones a V^1 et R^1 diversae quae interpolationes esse videntur*[67]).

Atque multo magis quam F^2 codices F^1 et V^2 interpolationibus infectos esse mihi persuasum est[68]).

Itaque codices, qui Palladii librum de insitione continent, in tria genera dividenda esse videntur: quorum optimum constat ex codicibus V^1 et R^1, in secundo numerandus est F^2, ex deterrimio sunt F^1 et V^2. in restituendo igitur hoc libro metrico fieri non potest, quin optimum librorum manu scriptorum genus sequamur ac quidem potius codicem R^1, *qui est integer.*

Neque praetermittendum est litera g Gesneri editionem a. 1774, s Schneideri 1795 significari.

Ad extremum de orthographia addo me scripturam codicum vetustiorum i. e. L P^1 P^2 persequi neque aliorum discrepantia huiusmodi singulatim proferre.

---

64) musae, honusta, camaene, haeres, quicquid, solers *etc.*

65) *v.* 7 digneris, *v.* 65 cydonea, *v.* 81 spiniferos, *v.* 88 rubore, *v.* 99 cydonea, *v.* 144 adoptiuis, *v.* 151 uelamina.

66) *v.* 96 poma, *v.* 105 semina dum, *v.* 119 uariare, *v.* 129 sodali, *v.* 150 discisso, *v.* 158 meritum — ferunt, *v.* 167 tenuem.

67) *v.* 56 commendat, *v.* 162 multum, *v,* 170 leges *aliaque.*

68) *v.* 96 dona, *v.* 119 mutare, *v.* 129 sorori, *v.* 150 discisse *etc.*

Scripsi Wirceburgi 1876.

J. C. SCHMITT.

PALLADII RUTILII TAURI AEMILIANI

VIRI INLUSTRIS

DE

RE RUSTICA

LIBER PRIMUS.

PALLADI *V.* || RUTILI P^3 *E V R*, RUTULIJ *G.* || EMILIANI P^2 P^4. || OPUS AGRICULTURAE INCIPIT FELICITER P^2 P^3 *G*, DE AGRICULTURE INCIPIT FELICITER *V*, OPUS AGRICULTURAE INCIPIT P^4, AGRICULTURE INCIPIT *F*, OPUS AGRICULTURE *R.* ||

(De codicibus L et P^1 videas praefationem.)

TITULI.

TITULI LIBRI PRIMI P^2 P^3 *V F*, INCIPIUNT TITULI P^4, INCIPIUNT TITULI CAPITULORUM LIBRI PRIMI *R*. ||

2 consistit agricultura P^4. || 7 uel *codices*, vel (et) *s*. || 8 aedificiis *R*. || 9 estiuis et hybernis P^4. || 11 lactericiis et parietibus *R*. || 13 et camericiis *R*, et canniciis *g s*. || 19 et qualiter grana custodiantur *addit R*. || 20 De oleariis et cella *R*. ||

XXI De stabulis equorum et boum.
XXII De corte.
XXIII De aviariis.
XXIV De columbario.
XXV De turturario.
XXVI De turdis.
XXVII De gallinis.
XXVIII De pavonibus.
XXIX De phasianis.
XXX De anseribus.
XXXI De piscinis.
XXXII De faenili, paleario et lignario.
XXXIII De sterculino.
XXXIV De locis horti et pomarii et sepibus et serendo.
XXXV De remediis hortorum et agri.
XXXVI De area.
XXXVII De apium castris.
XXXVIII De apibus emendis.
XXXIX De balneis.
XL De malthis calidae et frigidae.
XLI De pistrino.
XLII De instrumentis agrestium.

---

1 tabulis P^2. || 2 curte *F g*, curte (corte) *s.* || 3 auariis *V*, aluiariis, *g s.* || 4 columbario (columbariis) *s.* || 9 fasianis *omnes codices et g*, fasianis (phasianis) *s.* || 11 extruendis *addit R.* || 12 finili *V.* || 13 sterculuno P^4, sterquilinio *R g s.* || 14 ad ortos *R.* || pomeria *R*, pomario *g s.* || serenis (*pro* et serendo) *R.* || 15 orti *R*, uel (*pro* et) *codices et g: hunc titulum totum omittit g*, (de remediis horti vel agri) *habet s.* || 16 ubi ponenda sit et qualiter facienda *addit R.* || 17 apum *R.* || et locis aptis faciendis *addit R.* || 18 et cibis utilibus et alueariis *addit R.* || 20 calidorum et frigidorum *R*, calidae et frigidae (calidaria et frigidaria) *s.* || 21 pristinis *R.* || 22 De instrumentis ruri necessariis *R.*

partem, quae supra sunt conrupta, demittunt, ut vitiato capite ad pulmones vel stomachum morbi causa decurrat: tunc culpandus aer potius invenitur — deinde si venter aut viscera vel latera vel renes nullo dolore aut inflatione vexantur, si vitia nulla vesicae sunt, haec atque his similia si apud incolas pro maiori parte constare videris, nec de aere aliquid nec de fontibus suspiceris [5].

DE QUALITATE TERRARUM.

V In terris vero quaerenda fecunditas, ne alba et nuda sit gleba, ne macer sabulo sine admixtione terreni, ne creta sola, ne harenae squalentes, ne ieiuna glarea, ne aurosi pulveris lapidosa macies, ne salsa vel amara, ne uliginosa terra, ne tofus harenosus atque ieiunus, ne vallis nimis opaca et solida, sed gleba putris et fere nigra et ad tegendam se graminis sui crate sufficiens aut mixti coloris, quae etsi rara sit, tamen pinguis
2 soli adiunctione glutinetur. quae protulerit, nec scabra sint nec retorrida nec suci naturalis egentia. ferat, quod frumentis dandis utile signum sit, ebulum, iuncum, calamum, gramen, trifolium non macrum, rubos pingues, pruna silvestria. color tamen non magno
3 opere quaerendus est, sed pinguedo atque dulcedo. pinguem sic agnosces [6]. glebam parvulam dulci aqua conspargis [7]) et subigis:

---

1 dimittunt P^2 (*a prima manu*, demittunt *a secunda*) *V*, dimittant *F*, transmittunt *R*. || ut *omittit R*, aut ut *E*, ut si P^4, sed si *s*, ut et decurrat *includit g*. || 2 sed tunc. *R*. || 3 inveniatur P^4. || 5 his *omittunt V* P^3 P^4 *E G R*, *et* similia *A*, et his similia *F*. || 9 quaerenda est *R*. || non ergo (*pro* ne) *R*. || aut nuda *E*. || 10 nec macer *R*. || terrena *E* (*a secunda manu*). || ne creta sola *omittit E*, nec creta sola *F R*. || 11 nec arenae *R*. || nec aurosi *R*, aut aurosi *E*, ne arenosi *G* (*a recentiore manu*), cariosi *coniecit Urlichsius*. || macies lapidosa *R*. || 12 nec salsa *R*. || uel amant *F*, nec amara *R*. || uel uliginosa P^4, ne ligniosa *F*, nec uliginosa *R*. || nec tofus *R*. || 13 neque ieiunus nec uallis nimis operata et sollida *R*, squalida (*pro* solida) *E G* (*a recenti manu*). || 14 crete *R*, raritate *E*. || 16 ad coniunctionem *R*. || scrabra sit *R*. || nec (*ante* retorrida) *omittit A*. || 17 egens feratque *R*, ferat *omittit A* || 18 est *g s*. || 21 agnos P^2 (cis *a secunda manu supra scriptum*), agnoscis P^3 *G E g* s, agnoscas *R*. || parum *R A*. || conspergis *E*, *per notam scriptum* P^3 P^4 *R*, consparges *V*, cum spargis *g s*. || subiges *V*, submergis *R*. ||

si glutinosa est et adhaeret, constat illi inesse pinguedinem. item
scrobe effossa et repleta si superaverit terra, pinguis est: si
defuerit, exilis: si convenerit aequata, mediocris. dulcedo autem
cognoscitur, si ex ea parte agri, quae magis displicet, glebam
fictili vase dulci aqua madefactam iudicio saporis explores. vineis 4
quoque utilem per haec signa cognosces. si coloris et corporis
rari aliquatenus atque resoluti est, si virgulta, quae protulit,
levia, nitida, procera, fecunda sunt, ut piros silvestres, prunos,
rubos caeteraque huius modi neque intorta neque sterilia neque
macra exilitate languentia. situs vero terrarum neque planus, ut 5
stagnet, neque praeruptus, ut defluat, neque obrutus, ut in imum
deiecta valle subsidat, neque arduus, ut tempestates inmodice
sentiat et calores: sed ex his omnibus utilis semper est aequata[8])
mediocritas: vel campus apertior et umorem pluvium clivo fal-
lente subducens vel collis molliter per latera inclinata deductus
vel vallis cum quadam moderatione et aeris laxitate submissa
vel mons alterius culminis defensus obiectu et a molestioribus
ventis liber auxilio aliquo vel sublimis asper sed nemorosus et
herbidus. sed cum sint genera terrarum plurima, ut pinguis aut 6
macra, spissa vel rara, sicca vel umida, et ex his pleraque vitiosa,
tamen propter seminum differentiam saepe necessaria maxime,
sicut supra dixi, eligendus est pinguis ac resolutus ager, qui
minimum laborem petit, fructum maximum reddit. secundi meriti

---

1 pinguetudinam *R.* || 3 mediocris est *R.* || 5 dulcis *R.* ||madefacta P^2. || uinee *R.* || 6 utilia P^4, terram *addit G (recens manus).* || cognoscis P^3 *E.* || 7 protulerit *R.* || 8 et faecunda *R.* || prunus *V A,* prunas *R.* || 9 rubus *A.* || huiusce *R.* || 10 linguentia *V (a manu prima, a a secunda supra scriptum).* || 11 stagnetur *R.* || in unum P^4 *R,* subsideat P^3 *E.* || tempestas *R.* || 13 semper utilis *R.* || et aequata P^2 *V* P^4 *F R A,* et cxaequata P^3, est exaequata *E.* || 14 et uel P^2 *V* P^3 P^4 *E G F g s,* et ut campus *R.* || 16 submersa *R.* || 17 cacuminis *R.* || 18 aliquo liber auxilio *V* P^3 P^4 *F R g,* liber quolibet exilio *E.* || nec uel sublimis uel asper P^3 E, uel non sublimis asper R. || 19 terrarum genera *R.* || aut pinguis *V.* || at macra *R.* || 20 rara spissa *R.* || 21 necessarium P^2, sunt necessaria, eligendus est autem, ut praedixi *R.* || 22 dixi *omittit E.* || 23 laborem minimum P^4 *R.* || poscit (*pro* petit) *E g s.* || et fructum *R g s.* || magnum *R.* ||

est spissus, qui labore quidem maximo tamen ad vota respondet. illud vero deterrimum genus est, quod erit siccum simul et spissum et macrum vel frigidum: qui ager pestiferi more fugiendus est.

DE INDUSTRIA ET NECESSARIIS AD RURA SENTENTIIS.

VI Sed ubi haec, quae naturalia sunt neque humana ope
curari possunt, diligentius aestimaris, exequi te convenit partem,
quae restat industriae: cuius haec erit cura vel maxima, ut has,
quas subieci, ex omni opere rustico in primis debeas tenere sen-
tentias. praesentia domini provectus est agri. color terrae non
2 magno opere desideretur, quia bonitatis incertus est auctor. genera
omnium surculorum vel frugum praeclara, sed terris tuis experta
conmitte. in novo enim genere seminum ante experimentum non
est spes tota ponenda. locis umidis semina citius quam siccis
degenerant: quare subinde succurrat electio. ferrarii, lignarii,
doliorum cuparumque factores necessario habendi sunt, ne a la-
bore sollemni rusticos causa desiderandae urbis avertat. locis
frigidis a meridie vineta ponantur, calidis a septentrione, tempe-
3 ratis ab oriente vel, si necesse sit, occidente. operarum ratio
unum modum tenere non potest in tanta diversitate terrarum:
et ideo soli et provinciae consuetudo facile ostendet, qui numerus
unamquamque rem faciat sive in surculis sive in omni genere
satorum. quae florent, constat non esse tangenda. bene eligi
serenda non possunt, nisi hoc officium prius eligens [9]) adsumat.
in rebus agrestibus maxime officia iuvenum congruunt, imperia

---

1 licet laboris sit magni *R.* || 2 teterrimum *V.* || et spissum simul uel macrum *R.* || 6 haec *omittit E.* || 7 aestimaris exsequi *V (a prima manu)*, estimaris exequi P^4, extimaueris exequi *R*, aestimaueris exsequi *g s*, aestimari et exsequi P^2 *V (a secunda manu).* || 8 uel *omittit E.* || 9 rustice P^2 || imprimis P^4. || 10 profectus *R.* || 11 bonitatis *omittit A*, benignitatis P^3 *E.* || 12 omnium non surculorum *V.* || fruticum *V.* || 15 lignarii ferrarii P^4. || 16 necessarii P^4. || 19 ab occidente P^3 *(a prima manu, secunda delet* ab*) E R s.* || 21 *Pro* ideo *aliud vocabulum sed inductum, ut legi non possit, habet G.* || qui modus *R*, quis numerus *A.* || 22 faciet (a *supra scriptum*) *V.* || 24 electus *V* P^3 P^4 *F G s*, lectus *E*, electum *R.* ||

seniorum. in vitibus putandis tria consideranda sunt, fructuum
spes, successura materies, locus, qui servet ac revocet. vitem
si maturius putes, plura sarmenta, si serius, fructus plurimos
consequeris. de locis deterrimis sicut arbores, ita vites convenit
ad meliora transferre. post bonam vindemiam strictius, post
exiguam largius puta. in omni opere inserendi, putandi ac re-
cidendi duris et acutis utere ferramentis. in vite vel arbore
quae facienda sunt, perage ante apertionem floris et gemmae.
in vineis aratro praetermissa fossor emendet. locis calidis, siccis,
apricis pampinandum non est, cum magis vites oportet[10]) operiri.
et ubi vineas vulturnus exurit aut flatus aliquis regionis inimi-
cus[11]), vitem tegamus straminibus vel aliunde quaesitis. ramus 5
laetus, viridis et sterilis in media olea abscidendus[12]) est, velut
totius arboris inimicus. sterilitas et pestilentia aequo modo fu-
giendae sunt, vel si secum utraeque non fuerint. in pastinato
solo inter novellas vites omnino nihil est conserendum. Graeci
iubent exceptis caulibus tertio anno, quae libebit, iniungere.
omnia legumina Graecis auctoribus seri iubentur in sicca terra:
faba tantummodo in umida debet aspargi. domino vel colono 6
confinia possidenti, qui fundum vel agrum suum locat, damnis
suis ac litibus studet. in agro periclitantur interiora, nisi co-
lantur extrema. omne triticum in solo uliginoso post tertiam
sationem in genus siliginis conmutatur. tria mala aeque nocent,
sterilitas, morbus, vicinus. qui terram sterilem vineis occupat, 7

2 et locus *R.* ‖ 4 teterrimis *V* P^2 P^4 R. ‖ ita homines P^2 *V F*, ita hominis *G*, sic et homines *R.* ‖ 5 transferri *R.* ‖ 6 latius g s. ‖ 9 quae in uineis aratro praetermissa sunt *V*, quae inueneris aratro praetermissa *R*, quae inuenies aratro praetermissa *A.* ‖ 10 uitis oportet P^2 *E*, uites oporteat *R*, uitis optet P^4 *F g s.* ‖ 11 regioni P^4 *G* g *s.* ‖ 13 lentus (*pro* laetus) *E.* ‖ abscindendus P^2 *E g s.* ‖ 15 uel si secum utraeque non fuerint *om. E g*, etiam (*pro* vel) *habet R.* ‖ 16 nouellas arbores uel uites *R.* ‖ inserendum *R.* ‖ 17 tertio anno exceptis caulibus *R.* ‖ libet alia ungere *R.* ‖ 19 terra iubetur (*pro* debet) *A.* ‖ aspergi *G*, aspergi *vel* aspargi (*per notam scriptum*) *V* P^3 P^4, spargi *E g s*, aspergi *vel* aspargi (*per not. script.*) *R.* ‖ 20 aut *R.* ‖ 22 exteriora *E.* ‖ in *om.* P^2 *V* P^3 P^4 *F G*, in terra uliginosa *R.* ‖ 23 sunt quae (*pro* aeque) *E.* ‖ 24 morbus sterilitas *R.* ‖

et laboribus suis et sumptibus est inimicus. campi largius vinum, colles nobilius ferunt. aquilo vites sibi obiectas fecundat, auster nobilitat ita in arbitrio est, plus habeamus an melius. necessitas feriis caret. quamvis temperatis agris serendum sit, tamen, si siccitas longa est, semina occata tutius in agris quam in horreis servabuntur. viae malitia aeque et voluptatis et utilitatis ad-
8 versa[13]) est. qui agrum colit, gravem tributis creditorem patitur, cui sine spe absolutionis astrictus est. qui arando crudum solum inter sulcos relinquit, suis fructibus derogat, terrae ubertatem infamat. fecundior est culta exiguitas quam magnitudo
9 neglecta. nigras vites omnino repudies, nisi in provinciis et eius generis, quo acinaticium fieri consuevit. longius adminiculum vitis incrementa producit. teneram et viridem vitem ferri acie ne recidas. omnis incisura sarmenti avertatur a gemma, ne eam stilla, quae fluere consuevit, extinguat. pro macie vel soliditate vitium nutrienda sarmenta putator iniungat. terra profunda, quod Graeci adserunt, oleae grandes arbores efficit, fructus minores et aquatos ac seros magisque amurcae proximos. aer oleas tepidus iuvat et ventis mediocribus sine vi et horrore perflabilis.
10 vitis, quae ad iugum colitur, per aetates ad hoc perducenda est, ut locis molestioribus quattuor pedibus a terra, placidioribus vero septem summitas eius insurgat. hortus, qui caelo clementi subiacet et fontano umore percurritur, prope est, ut liber sit et nullam serendi disciplinam requirat. subligatio acerbis uvis fa-

1 lateribus *G.* ‖ consumptibus *R.* ‖ iniquus P^3 *E*, inicus *F.* ‖ 3 et ita *R.* ‖ in arbitrio nostro *g s.* ‖ utrum plus *g*, [utrum] plus *s.* ‖ nobilitas *F.* ‖ 5 oculta *R.* ‖ 6 viae *om.* *R A*, uia *V.* ‖ malitiaeque P^2 malitiae aeque *V*, malitia aque *R A*, mal. a quae vol. *A.* ‖ et uoluptati et utilitati P^3 *(a secunda manu supra scriptum)* P^4 *E F R G A g s*, aequitati (*pro* utilitati) P^3 (*a prima manu*). ‖ 7 tributi *G.* ‖ 8 obstrictus est P^2 P^4 *V F*, est obstrictus P^3, abstrictus est *R*, astrictus est *g s.* ‖ 9 erogat P^2 *(a prima manu,* d *a secunda supra scriptum).* ‖ uber *V* P^4 *E.* ‖ 11 et *om.* P^3 *E.* ‖ 12 in quibus (*pro* quo) *R.* ‖ acinatium *V* P^3 P^4, acinacium *E G* (*erasa syllaba* ti). ‖ consueuit fieri P^4. ‖ 13 uitium *R.* ‖ 14 non *R.* ‖ 16 iniungit *R.* ‖ quod *omittit R.* ‖ 17 fructus autem minores *R.* ‖ 18 tepidus oleas *R.* ‖ 19 uentus mediocris *A*, uentus mediocris si — perflabit *R.* ‖ 20 producenda est *R.* ‖ 21 quattuor a terra pedibus *R*, a terra *omittit R.* ‖ 23 percquiritur *R.* ‖ 24 aceruis P^2.

cienda est, quando excutiendi aut rumpendi acini nulla formido
est. ligatura in vitibus locum debet mutare, ne unum semper 11
adsiduitas conterat vinculorum. fossorem si apertus vitis oculus
viderit, caecabitur spes magna vindemiae: et ideo, dum est
clausus, fodietur. terrae altitudinem cum fecunditate, si ad fru-
menta, duobus pedibus explora: quattuor vero, si ad arbusta
vel vites. vitis novella ut facile incrementum dilecta conse-
quitur, ita interitum celerem, si neglegatur, incurrit. modum 12
tene aestimatis facultatibus tuis in adsumptione culturae, ne
superatis viribus excedente mensura turpiter deseras, quod
adroganter adsumis. semina plus quam annicula esse non debent,
ne vetustate conrupta non prodeant. frumentum collis quidem
grano robustius, sed mensurae minus refundet. omnia, quae
seruntur, crescente luna et diebus tepidis sunt serenda. nam
tepor evocat, frigus includit. si tibi ager est silvis inutilibus 13
tectus, ita eum divide, ut loca pinguia puras reddas novales,
loca sterilia silvis tecta esse patiaris, quia illa naturali ubertate
respondent, haec beneficio laetantur incendii. sed sic urenda
distingues, ut ad incensum agrum post quinquennium revertaris.
ita efficies, ut aequaliter vel sterilis gleba cum fecunditate[14])
contendat. Graeci iubent olivam, cum plantatur et legitur, a 14
mundis pueris atque virginibus operandum[15]), credo, recordati
arbori huic esse praesulem Castitatem. nomina frumentorum
superfluum est praecipere, quae aut loco subinde aut aetate
mutantur. hoc satis est, ut eligamus praecipua in ea regione,

1 ac in nulla P^2 *V*, ulla (*pro* nulla) P^4. || reformido *V*. || 2 eam (*pro* unum) *R*. || 3 apertus (us *in rasura*) — oculus (us *in ras.*) *V*. || 4 et *om*. *E*. || 5 clausa P^2 P^3 P^4 *V G F R*. || fodictur (etur *in rasura*) *V*, fodiatur P^3 *E*. || 6 si ad arbores siue uites quattuor *R*. || 7 de culta *R*, culta *A*. || 8 facilem uel celerem *E*. || 9 extimans facultates tuas *R*. || 10 excidente P^2 *V*. || 11 adsumpseras arroganter *R*. || 12 prosit *R*. || grano quidem *R*, quidem *uncis inclusit s*. || 13 refunde *R*. || 15 tepor reuocat *E*, tepore uacat *V*. || 16 uti P^2. || purgans (*pro* puras) *R*. || non uales *R* || 17 loca quidem sterilia siluas esse *R*. || 18 hec bene si custodiantur incendiis succurrunt *R*. || si curanda *V*. || 19 quiennium P^2. || 20 fecunda P^2 *g*. || 21 oliua *Urlichsius*. || 22 ac uirginibus operandam *R*. || quod recordantur hanc arborem esse praesulem castitatis *R*, recordate (*pro* recordati) *E*. || 23 nomina — aduecta *omittit R* ||

quam colimus, vel exploremus advecta. lupinus et vicia pabularis, si virides succidantur et statim supra sectas eorum radices aretur, stercoris similitudine agros fecundant: quae si ex se aruerint, antequam proscindas, in his terrae sucus aufertur. ager
15 aquosus plus stercoris quaerit, siccus minus. calidis, maritimis, siccis, apricis, campestribus locis omne opus vinearum maturius incohetur, frigidis, mediterraneis, umidis, opacis, montanis locis tardius: quod non solum de mensibus aut diebus dixerim, sed etiam[16]) horis operandi. omne opus rusticum, cum fieri praecipitur, neque cito est, si ante quindecim dies, neque tarde, si post quindecim fiat. frumenta omnia maxime laetantur patenti
16 campo et soluto et ad solem reclini[17]). spissa et cretosa et umida terra bene far et triticum nutrit. hordeum agro[18]) soluto delectatur et sicco: nam si in lutoso spargatur, inmorietur. trimenstris satio locis frigidis, nivosis convenit, ubi qualitas aestatis umecta est, caeteris raro respondet eventu. semen trimenstre locis tepidis melius respondebit, si seratur autumno: si necessitas coget de salsa terra sperare aliquid, post autumnum plantanda est vel conserenda, ut malitia eius hibernis imbribus eluatur. aliquid etiam terrae dulcis vel harenae fluvialis subi-
17 ciendum est, si illi virgulta committimus. seminarium mediocri terra instituere debemus, ut ad meliorem, quae sata fuerint,

---

1 aut *V.* || uitiae pabulares P^2 P^4. || 2 supra sectis eorum radicibus *R.* || 3 fecundat *R.* || si exaruerint P^3 *E R g s.* || 4 proscindantur *E.* || auferetur *E*, succum aufferent *R.* || ager *om.* P^2. || 7 inchoatur *E.* || frigidis autem *R.* || et montanis *R.* || 9 etiam *omittunt codices*, sed [etiam de] horis *g*, sed etiam de horis *s.* || 10 ante tres dies *R.* || tardius *R.* || 11 quindecim *om. R*, dies *a prima manu additum secunda delet in* P^3, post quindecim dies *V.* || 12 reclino *E R*, reclini *g s.* || 13 agro *omittunt omnes codices.* || 14 in lutoso agro *omnes codices.* || spargitur P^4, nam in lutoso agro sparsum *R.* || immoritur *E F R*, morietur *V* P^4 *G*, immorietur P^3, moritur *g s*, emorietur *Urlichsius.* || 15 trimestris *g s.* || rubosis P^2, humosis *F*, nimbosis *R*, [et] nivosis *g s.* || 16 humeta P^2. || trimestre *g s.* || 17 respondebit *om. R.* || 18 cogit *V* P^3 *E R.* || et de salsa terra *G*, in salsa terra *R g s* || sperari aliquid P^2 P^3 P^4 *F G*, aliquid sperari *E*, aliquid operari *R g s.* || autumpno *R*, extremo autumno *g s.* || 19 eius *om. R.* || 20 refrenetur (*pro* eluatur) *R.* || pluuialis *R.* || terrae *E.* || 22 septa (*pro* sata) *R.* ||

transferantur. lapides, qui supersunt, hieme rigent, aestate fer-
vescunt. idcirco satis arbustis et vitibus nocent. terra, quae
circa arbores movetur, ita est vicibus permutanda, ut ei, quae
in summo fuerat, ima succedat. in laetandis arboribus crates 18
faciemus, terram prius trunco admoventes et mox laetamen, ut
sic opus natura beneficii alternante cumuletur. agri praesulem
non ex dilectis tenere servulis ponas, quia fiducia praeteriti
amoris ad inpunitatem culpae praesentis expectat.

DE AGRI ELECTIONE ET SITU.

In eligendo agro vel emendo considerare debebis, ne bonum VII
naturalis fecunditatis colentium depravarit[19]) inertia et in de-
generes surculos uber soli feracis expenderit: quod quamvis
emendari possit insitione meliorum, tamen harum rerum sine
culpa melior usus est quam cum spe conrigendi serus eventus.
in seminibus ergo frumentorum praesens emendatio potest esse. 2
in vinetis maxime considerandum atque vitandum est, quod
plerique fecerunt studendo famae tantum et latitudini pasti-
norum semina vitium statuentes vel sterilia vel saporis indigni:
quod grandi tibi labore constabit, ut conrigas, si agrum conpares
vitiis talibus occupatum. positio ipsius agri, qui eligendus est, 3
ea sit. in frigidis provinciis orienti aut meridiano lateri ager
esse debet obpositus, ne alicuius magni montis obiectu his duabus
partibus exclusis algore rigescat aut per partem septemtrionis
remoto aut per occidentis in vesperam sole dilato. in calidis

1 quae *R.* || feruent et idcirco *R.* || 2 ac *R.* || nocent; quae tamen latentia prosunt in terris calidis et siccis, dummodo eis terra supersit *s (ex vetustis editionibus)*. || 4 fuerit P^3 *E.* || laetaminandis P^3 *E*, letamandis *R.* || 5 trunce amouentes *R.* || 6 nature beneficio P^4, naturae beneficiis *E.* || adiuuante *R.* || 7 tenere *in ras. V*, temere *F*, ex dilectis care et tenere P^4, ex dilectis [et] tenere [educatis] *g s.* || 8 ad *om. E g s.* || praesentis culpae respectat *R.* || 9 LECTIONE P^2. || UEL *codices.* || 10 debes *R.* || 11 deprauauerit *V* P^4 *E R G g s.* || inde generes *F G.* || 12 uel (*pro* uber) *R.* || 13 insatione *V.* || aliarum (*pro* harum) *R.* || 15 in senibus uero frumentis *R.* || poterit *g s.* || 16 in uineis *g s*, in uinetis autem *R.* || est *om. R.* || 17 pastinatorum *G.* || 20 vitibus P^3 *E*, talibus uitiis *R.* || 21 ea sit *om. R.* || sit o. a. m. l. oposita *R.* || 23 exclusus *s.* || algor erigescat *V.* || 24 remotio P^2 *R.* || in uesper aut in sole delato *R.* ||

vero provinciis pars potius septemtrionis optanda est, quae et utilitati
4 et voluptati et saluti aequa bonitate respondeat. si vicinus est fluvius, ubi statuimus fabricae sedem parare, eius debemus explorare naturam, quia plerumque, quod exhalat, inimicum est, a quo, si talis sit, conveniet refugere conditorem. palus tamen omni modo vitanda est, praecipue quae ab austro est vel occidente et siccari consuevit aestate, propter pestilentiam vel animalia inimica, quae generat.

DE AEDIFICIO.

VIII Aedificium pro agri merito et pro fortuna domini oportet institui: quod plerumque inmodice sumptum difficilius est sustinere quam condere. ita igitur aestimanda eius est magnitudo, ut, si aliquis casus incurrerit, ex agro, in quo est, unius anni aut ut
2 multum biennii pensione reparetur. ipsius autem praetorii situs sit loco aliquatenus erectiore et sicciore quam caetera propter iniuriam fundamentorum et ut laeto fruatur aspectu. fundamenta autem hoc modo ponenda sunt, ut latiora sint ex utraque parte semipedis spatio, quam parietis corpus increscet. si lapis vel tofus occurrat, facilis causa est conlocandi, in quo sculpi tantum fundamenti forma debebit unius pedis altitudine vel duorum. si solida et constricta invenietur argilla, quinta vel sexta pars altitudinis eius, quae supra terram futura est, fundamentis deputetur. quod si terra laxior fuerit, modo maioris altitudinis

---

2 ac sal. *R.* || salutati P^2 || 3 fabricae *om. A.* || debemus eius *R.* || 4 exalat P^2 *V F R*, halat *G.* || a quo — uitanda est *in rasura V.* || 5 etiam (*pro* tamen) *R.* || 6 omnino *E.* || praecipue tamen *R.* || ab occidente *R*, ab Austro vel et Occidente *A.* || 9 DE AEDIFICIIS *R.* || 10 pro *om. R.* || 11 suptum *V.* || 12 eius extimanda *R.* || est eius *F g s.* || 13 annali (*pro* unius anni) *R.* || ut *om. codices*, [ut] multum *g.* || 14 biennali *R.* || reparet P^2. || 15 aliquanto *G A R.* || cetera uicina loca *R.* || et propter P^3 *E*, [et] propter *g.* || 16 ut et *V G*, et *om. R.* || 18 spatio uel plus ut placet *R.* || parietis [insuper struendi] *g s*, parietes ponendi sunt. Si *A.* || increscat *E R.* || 19 incurrat *R.* || est causa *R.* || sculpere *R.* || 20 debebis P^2 *V F R.* || si uero *R*, [*Et*] si *g s.* || 21 et *om. G*, uel *g s.* || inueniatur P^3 *E.* || 22 super *R.* || petram *E.* || deputare debebis *R.* ||

obruantur, donec munda sine ruderum suspicione occurrat argilla:
quae si omnino desit, quartam mersisse sufficiet. studendum
praeterea, ut hortis et pomariis cingi possit aut pratis. sed totus 3
fabricae tractus unius lateris longitudine, in quo frons erit, meridianam partem respiciat in primo angulo excipiens ortum solis hiberni et paululum ab occidente avertatur hiemali. ita proveniet, ut per hiemem sole inlustretur et calores eius aestate non sentiat.

DE HIBERNIS ET AESTIVIS MANSIONIBUS ET PAVIMENTIS.

Forma tamen debet esse eiusmodi, ut ad habitationem bre- IX.
viter conlectas et aestati et hiemi praebeat mansiones. quae hiemi parantur, ita sint constitutae, ut possit eas hiberni solis totus propemodum cursus hilarare. in his pavimenta obportuna
esse debebunt. primum in fabricis planis earum observandum 2
est, ut aequalis et solida contignatio fiat, ne gradus ambulantium tremor[20]) fabricae titubantis excutiat. deinde ut axes quernae cum aesculeis non misceantur. nam quercus umore concepto, cum se coeperit siccare[21]), torquebitur et rimas in pavimento
faciet: aesculus autem sine vitio durat. sed si quercu subpetente 3
aesculus desit, subtiliter quercus secetur et transversus atque

1 sine ruderum suspicione munda *R.* || suspicatione *E.* || 2 praeterea est *R.* || 3 sed *om. R.* || tota fabrica *R.* || 4 tractus *om. R.* || longitudine *om. R.* || 5 aspiciat *R.* || solis hortum *L.* *) || 6 paulolum (u *supra scriptum*) *L.* || et ita *R.* || 7 quod (*pro* ut) *R.* || illustrabitur *R.* || nocte (*pro* aestate) *A.* || 8 sentiet *R G.* || 9 hiberno et state *L (a prima manu,* i e i *supra scriptum a secunda).* || 11 Forma ediffitorum debebit esse *R.* || huiusmodi *L R.* || habitudinem *R.* || 12 collecta et hieme et aestate *R,* stati (*pro* aestati) *L.* || qui ae P^2, quae uero hieme *R.* || 13 hibernus sol *R.* || 14 et in his *L.* || esse debebunt opportuna *R.* || 16 continuatio *R.* || ambulantum *V* P^3. || 17 tremorem *G R g s.* || excutiat titubantem *R.* || 18 exculeis *R.* || misceatur *L (a manu prima,* N *supra scriptum a secunda).* || 19 se siccare coeperit *R,* coeperit siccari *g s.* || torquetur *codices praeter G.* || 20 facit *R.* || 21 desit exculus *R.* || siccetur *E G R.* || transuersa *R.* ||

*) *De codice L vide, quod supra diximus.*

directus duplex ponatur ordo tabularum clavis frequentibus
fixus. de cerro aut fago aut farno diutissime tabulata durabunt,
si stratis super paleis vel filice umor calcis nusquam ad tabu-
4 lati corpus accedat. tunc superstatuminabis rudus, id est, saxa
contusa duabus partibus et una calcis temperante constitues.
hoc cum ad sex digitorum crassitudinem feceris et regula ex-
ploraris aequale, si loca hiemalia sunt, tale pavimentum debebis
inponere, in quo vel nudis pedibus stantes ministri hieme non
rigescant. inducto itaque rudere vel testaceo pavimento con-
gestos et calcatos spisse carbones cum sabulone et favilla et
calce permiscebis et huius inpensae crassitudinem sex unciis
iubebis inponi: quod exaequatum nigra pavimenta formabit et,
5 si qua fundentur ex poculis, velociter rapta desuget. sed si
aestivae mansiones sunt, orientem solstitialem et partem septem-
trionis aspiciant et vel testaceum, sicut supra diximus, accipiant
pavimentum vel marmora vel tesseras aut scutulas, quibus aequale
reddatur angulis lateribusque coniunctis. si haec deerunt, supra
marmor tunsum cernatur aut harena cum calce inducta levigetur.

DE CALCE ET HARENA.

X Praeterea scire est necessarium construenti, quae calcis et harenae natura sit utilis. harenae ergo fossiciae genera sunt

1 directa *R.* || ordinatio *R.* || 2 fixis *R.* || de ceraso *V*, de cerro quidem farno aut fago *R.* || 3 numquam *R.* || 4 accedit *V (a manu prima,* a *a sec. supra scriptum) G.* || super stramen minabis *R.* || rudes *VR*, ruder *E.* || saxi contusi duas partes et unam calcis temperate *R.* || 6 exploraueris *R g s.* || 7 aequali *VR.* || hiemali *L* (ali *a manu secunda,* a *in rasura,* li *supra*). || debis P^2, debes *R.* || 9 indicto *R.* || testatio *L* P^2 P^3 P^4 *F*, testacio *V*, testationes *R.* || coniectas *R.* || 10 sablone *R.* || 11 permisces *L* P^2 *V* P^3 P^4 *F R.* || crassitudine *R.* || 12 quo exaequato *R.* || formabis *R.* || 13 fundetur *R.* || desurget P^2, defuget *F*, desugent *E R.* || 14 extive sunt mansiones *R.* || 15 testacium *L* P^2, testatium *V* P^3 P^4 *F*, testantium *R.* || sicut praediximus *R.* || aspiciant *V.* || 16 uel cutulas *R.* || 17 lateribus *E R.* || super *V R.* || 18 tusum *omnes.* || sternatur *editiones veteres.* || indulta *R.* || 21 fossiciae *om. E.*

tria, nigra, rufa, cana: omnes praecipuae, rufa melior, meriti
sequentis est cana, tertium locum nigra possedit. ex his quae
conprehensa manu edit stridores, erit utilis fabricanti. item si
panno vel linteo candidae vestis inspersa et excussa nihil ma-
culae relinquit aut sordis, egregia est. sed si fossilis harena 2
non fuerit, glarea de fluminibus aut litore conligetur. marina
harena tardius siccatur et ideo non continue sed intermissis
temporibus construenda est, ne opus onerata conrumpat: came-
rarum quoque tectoria salso umore dissolvit. nam fossiles [22]
tectoriis et cameris celeri siccitate utiles sunt melioresque, si
statim, cum effossae sunt, misceantur. nam diutino sole aut
pruina aut imbre vanescunt. fluviales tectoriis magis poterunt
convenire. sed si uti necesse sit maris harena, erit commodum 3
prius eam lacuna umoris dulcis inmergi, ut vitium salis aquis
suavibus eluta deponat. calcem quoque albo saxo duro [23] vel
Tiburtino aut columbino fluviali coquemus aut rubro aut spongia
aut postremo marmore. qui erit ex spisso et duro saxo, struc-
turis convenit: ex fistuloso vero aut molliori lapide tectoriis
adhibetur utilius. in duabus harenae partibus calcis una miscenda
est. in fluviali vero harena si tertiam partem testae cretae ad-
dideris, operum soliditas mira praestabitur.

1 rufa et cana R, cana rufa P^4 EG g s. || omnes praecipua L, oms praecipue P^4, omnes praecipue sed A R, omnibus praecipuae V, omnibus praecipue P^3 EG, omnium praecipue g s. || secundi meriti R. || 2 tertium uero R. || possidet V P^3 P^4 F g s, optinet R. || ex iis g s. || 3 conplexa R, compressa g s. || stridorem R, stridore sedit L. || 4 vel *om.* R, linteo uel panno P^3. || candido (*omisso* vestis) R. || impressa EG. || et excussa *om.* G, excusa L. || 5 relinqui P^2, relinquet L P^3 F G, reliquerit E R g s. || 6 de fluminibus aut glarea L P^2 V P^3 P^4 F, [aut] g s. || seu litore R. || congeratur P^3, colligatur E. || 7 nontinae P^2. || 8 honerata V, onerosa R. || 9 fossiles arenae g s. || 10 cameris et tectoriis R, cementitiis parietibus (*pro* tectoriis) g. || et celeri siccitati L V P^3 P^4 F G, et celeris siccitati P^2. || etiam si R. || 11 calci misceantur F g s. || 12 fluuiales autem R. || magis conuenient R. || 13 si *om.* P^2. || necessit P^2. || 14 salis uitium R. || 15 elutat P^2, elota g s, eluta suauibus deponatur R. || calcem uero saxo duro albo R, [ex] albo saxo g s, albam (*pro* albo) E. || 16 fluuiali arenae A, fluuiale harene R, fluuialiue s. || spongea L P^2 F. || 17 postremum V P^4, marmore postremo g s. || quod E R G, quae g s. || 18 vero *om.* R. || 19 una calcis R. || mittenda A. || 20 vero *omittit* E, *supra scriptum a secunda manu habet* P^3. || tectae (*pro* testae) E. || cretee R, [cretae] g. || 21 parabitur E. ||

DE LATERICIIS PARIETIBUS.

XI Quod si latericios parietes in praetorio facere volueris, illud servare debebis, ut perfectis parietibus in summitate, quae trabibus subiacebit, structura testacea cum coronis prominentibus fiat sesquipedali altitudine, ut, si conruptae tegulae aut imbrices fuerint, parietem non possint penetrare perpluvia[24]. deinde providendum est, ut siccis et asperatis parietibus latericiis inducatur tectorium, quod umidis ac levibus adhaerere non poterit et ideo tertio eos prius debebis obducere, ut tectorium sine conruptione suscipiant.

DE LUMINE ET ALTITUDINE.

XII In primis studendum est in agresti fabrica, ut multa luce clarescat: deinde ut partes temporibus divisas, sicut supra dixi, congruis partibus offeramus, id est, aestivas septemtrioni, hibernas meridiano, vernas et autumnales orienti. mensura vero haec servanda est in tricliniis atque cubiculis, ut, quanta latitudo et longitudo fuerit, in unum conputetur et eius medietas in altitudinem conferatur.

DE CAMERIS CANNICIIS.

XIII Cameras in agrestibus aedificiis ex ea materia utilius erit formare, quae facile invenietur in villa. itaque aut tabulis faciemus aut cannis hoc genere. asseres ligni Gallici vel cupressi diréctos et aequales constituemus in eo loco, ubi camera facienda

---

1 De lateribus et parietibus *R.* || 2 sic (*pro* si) *G.* || praetoriis *A.* || 4 subiacebis *L.* || 5 sit altitudine *R*, quae pedali sit *A.* || corruptae sint *R.* || 6 possit *A.* || penitrare P^3 || pro fluvia *R*, per pluviam P^3 P^4 *E F g s*, stillicidia *ante* penetrare *inserit s*, [stillicidia] *g.* || 8 tectorum P^3, onus tectorum *E*, lactericiis tectorum inducatur *R.* || quoti P^2, quia *R.* || 13 sicut praediximus *R*, sicut *om. L.* || 16 triclinis *L* P^2. || uel (*pro* et) *codices.* || 17 in latitudinem *R.* || 19 De cameris et camericiis *R.* || 21 formari *R.* || In villa ergo *R.* In villa itaque *s.* || tabulas — cannas *E.* || 22 asseris *L* P^2 || 23 constituemus et aequales P^2. || camara fienda *R.* ||

est, ita ordinatos, ut inter se sesquipedalis mensura sit vacua. tunc eos catenis ligneis ex iunipero aut oliva aut buxo aut cupresso factis ad contignationem suspendemus et binas inter eos perticas dirigemus tomicibus adligatas. postea palustrem 2
cannam vel hanc crassiorem, quae in usu est, contusam facta et strictim iuncta crate subnectemus et per omne spatium cum ipsis asseribus et perticis adligabimus. dehinc primo inpensa pumicea induemus et trulla aequabimus, ut inter se cannarum membra constringat. post harena et calce coaequabimus. tertio tunsi marmoris pulverem mixtum cum calce ducemus et poliemus ad summum nitorem.

DE OPERE ALBARIO.

Opus quoque albarium saepe delectat, cui calcem debe- XIV
bimus adhibere, cum multo tempore fuerit macerata [25]. ergo ut utilem probes, ascia calcem quasi lignum dolabis. Si nusquam acies eius offenderit et, quod asciae adhaeret, fuerit molle atque viscosum, constat albariis operibus convenire.

DE TECTORIIS.

Parietum vero tectura sic fiet fortis et nitida. prima trullis XV
frequentetur inductio. cum siccari coeperit, iterum inducatur ac tertio. post haec tria coria ex marmore grano [26] cooperiatur

1 sesquipedalis mensura inter se *R.* || 2 et tunc eas *R.* || busso aut cipresso *R.* || 3 tignationem *E.* || suspendimus *G.* || 4 domibus *V*, tornicibus *R.* || 5 hac *R.* || factam *L V R.* || 6 stricta *F*, strictam *R.* || facta P^4 (iuncta *a manu secunda in margine*), iunctam *R.* || subnectimus *L* P^2 *V* P^3 *E*, submittemus *R.* || 7 alligamus *L* P^3 *E F G.* || 8 pumicea *om. R*, pumica *L* P^2 P^3 P^4 *F E*, punica *V.* || inducemus *G.* || equauimus *L*, aequamus *R.* || 9 constringant et *R* || coaequauimus *L.* || 10 tusi *omnes praeter V F.* || dicemus *F.* || 11 suum (*pro* summum) *R.* || 13 cui calcalcem P^2. || debemus *V* P^3 *E.* || 14 maceratum *L* P^2 *V* P^3 P^4 *F.* || ut *om. A.* || 15 calcem probans quasi *A.* || 16 aciem *R.* || et si *R s*, et [si] *g.* || adheserit, est *R.* || 19 Primo *s.* || 21 marmoreo *V E g s.* || cooperiantur *L.* ||

ad trullam. quae inductio ante tam diu subigenda est, ut rutrum, quo calx subigitur, mundum levemus. haec quoque marmoris grani inductio cum siccari incipiet, aliud corium subtilius oportet inponi. sic et soliditatem custodiet et nitorem.

DE VITANDA VALLE.

XVI Vitandum est autem, quod plerique fecerunt aquae causa, villas infimis vallibus mergere et paucorum dierum voluptatem praeferre habitatorum saluti: quod magis metuemus, si provincia, quam colimus, de morbis aestate suspecta est. cui si fons desit aut puteus, cisternas construere conveniat, quibus omnium conduci possit aqua tectorum. fiunt autem hoc modo.

DE CISTERNIS ET MALTHA FRIGIDARIA.

XVII Signinis parietibus magnitudo ea, qua delectaris et cui sufficis, construatur longior magis quam latior. huius solum alto rudere solidatum relicto fusoriis loco testacei pavimenti superfusione levigetur. hoc pavimentum omni cura terendum est ad nitores[27]) et lardo pingui decocto adsidue perfricandum.
2 quod ubi deducto umore siccatum est, ne rimis in aliqua parte findatur, etiam parietes simili corio velentur obducti et ita post diuturnam et solidam siccitatem aquae praebeatur hospitium.

---

1 ambigenda *E*, subiungenda *F*. || utrum quo P^2 P^4, utrum quod *L*, utrumque *R*. || 2 calx quae subigitur *R*. || linemus *R*. || haec ergo *R*. || 3 subtilius imponemus et sic soliditatem *R*. || 6 non uitant ne (*pro* fecerunt) *R*. || 7 in infimis uallibus *V* P^4 *R*, in *incluserunt g s*. || mergamus *R*. || 8 praeferamus *R*. || etiam magis *g s*. || metuimus *E*. || 9 de morbi statu *V*, de morbositate *R*. || cum si *L V F E G*, quod si *R*. || 10 puteos aut cisternas *V*. || conueniet *E g s*, possumus *R*. || 11 quas facere poterimus in hunc modum *R*. || 13 Sit magnitudo parietibus ea *R*, Cisternae magnitudo *A*, parietibus *om. s*. || ea cisterna *V* (cisterna *supra scriptum*). || cui delectaris *L* P^2 P^3 P^4 *V G E R*, cui delectaueris *F*. || et sufficis *L* P^2 *V* P^3 P^4 *G E g*, et sufficit *R*, magnitudo aquae de tecto rigatae sufficiens *coniecit Urlichsius*. || 15 fussoriis *V* (*unum* s *supra scriptum*), fusioriis *F*, fossoriis *E*, fossoris *R*. || 17 nitorem P^3 *E R s*. || perfrigandum P^2. || 19 et (*pro* etiam) *R*. || similio *L*. || modo (*pro* corio) *E*, cura *A*. || volentur P^2 || 20 praebeatur *L*. ||

anguillas sane piscesque fluviales mitti in his pascique conveniet,
ut horum natatu aqua stans agilitatem currentis imitetur. sed
si aliquando in quocumque loco pavimenti vel parietis tectura
succumbat, hoc genus malthae adhibebimus, ut umor in exitum
nitens possit includi. rimas et lacunas cisternarum, piscinas vel 3
puteos sarciemus hoc genere, etsi umor per saxa manabit.
picis liquidae quantum volueris, et tantumdem sumes unguinis,
quod vocamus axungiam vel saevum. tunc in olla utrumque
miscebis et coques, donec spumet: deinde ab igne removebis.
cum fuerit eadem refrigerata permixtio, calcem minutim superad-
icies et ad unum corpus omnia mixta revocabis. cumque velut 4
strigmentum feceris, inseres locis conruptis ac manantibus et
pressum summa densitate calcabis. salutare erit aquas illuc per
tubos fictiles duci et opertis inmeare cisternis. nam caelestis
aqua ad bibendum omnibus antefertur, ut, etsi fluens adhiberi
possit, quae salubris non est, lavacris debeat et hortorum vacare
culturae.

DE CELLA VINARIA.

Cellam vinariam septemtrioni habere debemus obpositam XVIII
frigidam, obscuram[28]) vel obscurae proximam, longe a balneis,
stabulis, furno, sterculinis, cisternis, aquis et caeteris odoris hor-
rendi: ita instructam necessariis, ut non vincatur a fructu, sic

1 immitti *R*. || 2 agilitates imitetur currentis *R*. || 3 cisterne *V* (*a manu secunda supra* loco *scriptum*). || 4 succumbit *E*. || adhibemus P^3. || ut humor defluens includatur *R*. || 5 et piscinas *g s*. || 6 resarciemus *V* (re *a manu secunda supra scriptum*). || malte *V* (*a manu secunda supra* genere *scriptum*). || etiamsi *R*. || manauerit *R*. || 7 piscis *L*. || summis *L F*, sumis P^2 P^3. || 8 siue (*pro* vel) *R*. || et (*pro* tunc) *R*. || 9 miscens utrumque coques *R*, quoques *L*. || 10 et cum *R*. || permixto *G*, conmixtio *R*. || minutatim *V R*. || 11 reuocans *R*. || cum autem *R*. || 12 strimentum *L*, strumentum P^4, stramentum *R*, striementum *V G*. || inseris *L* P^3 *F*. || 13 praesum *L*. || 14 tuuos *V* (seu canales *a manu secunda supra scriptum*), turbas *G*, fictiles riuos *R*. || cohopertis *R*. || Hec autem (*pro* nam) *R*. || 16 quae tum *V* (tum *a manu secunda supra scriptum*). || lauachris *L*, lauatix uacare debeat et hort. cult. *R*. || 19 debemus habere P^1 P^3 P^4 *g s*. || 20 obscuram *omittunt codices et g*. || uel obscure positam *E R*. || 21 forno *L*. || sterculiniis *V* P^1, sterquilinis P^3, (uel sterculinis *a manu secunda in margine*), sterquiliniis *g s*. || 22 ita quidem *R*. ||

autem dispositam, ut basilicae ipsius forma calcatorium loco habeat altiore constructum, ad quod inter duos lacus, qui ad excipienda vina hinc inde depressi sint, gradibus tribus fere ascendatur aut quattuor. ex his lacubus canales structi vel tubi fictiles circa extremos parietes currant et subiectis lateri
2 suo doliis per vicinos meatus manantia vina defundant. si copia maior est, medium spatium cupis deputabitur, quas, ne ambulacra prohibeant, asellis [29]) altioribus inpositas vel supra dolia [30]) possumus conlocare spatio inter se largiore distantes, ut, si res exigat, curantis transitus possit admitti. quod si cupis locum suum deputabimus, is locus ad calcatorii similitudinem podiis brevibus et testaceo pavimento solidetur, ut, etiamsi ignorata se cupa diffuderit, lacu subdito excipiantur non peritura vina, quae fluxerint.

DE HORREO.

XIX Situs horreorum quamvis ipsam desideret partem [31]), et superior et longe ab omni umore et laetamine et stabulis ponendus est frigidus, ventosus et siccus, cui providendum structurae diligentia, ne rimis possit abrumpi. solum igitur omne bipedis sternatur vel minoribus laterculis, quos suffuso testaceo pavi-

---

2 altiore *om.* *G.* || ad quos *P*². || lacos *L.* || 3 recipienda *R.* || sunt fere tribus gradibus ascendatur uel *R.* || 4 aut quatuor ascendatur *g s* || 5 toui *V*, tubae *G.* || 6 defendant *V* (v *supra scriptum*). || 7 medium spatium *om.* *E.* || 8 inpediant *R.* || vassellis *P*³, assellis *P*⁴, duas sellis *E*, basellis *g s.* || deputabimus (*post* inpositas) *inserit* *R.* || 8 inpositis *P*² (a *supra scriptum*). || supra obruta dolia *P*³ *E s*, obruta *incl.* *g.* || 9 possimus *L.* || longiore *F g.* || 10 currentis *E*, currentes *R.* || Debet etiam in pauimento ad calcatorii modum testatio solida fieri, procliuiori loco ut si a cupis uel doliis uina profluxerint, ibidem conseruentur (*pro* quod si — fluxerint) *R.* || 11 deputauimus *L P*² *P*³ *E G F.* || is *om.* *G*, his *E.* || calcatoria *V.* || 12 testacio *V*, testatio *L P*² *P*³ *P*⁴. || 13 non *incl.* *g.* || 15 et qualiter grana custodiantur *addit* *R.* || 16 Sicut *g.* || [septentrionis] *addit* *g*, *sine uncis* *s.* || vel (*pro* et) *P*³. || 17 ab omnium ore *L P*², ab omni odore *A*, ab omni odore malo *R.* || stabulo *R.* || 18 prouidendum est *V E.* || 19 obrumpi *G.* || omne *om.* *G.* || bipedibus uel minoribus laterculis sternatur *R.* || 20 sufoso *L*, suffosso *P*³ *E F R.* ||

mento debemus inprimere. tunc divisas cellas, si magnus spera- 2
bitur seminum modus, grano cuique tribuemus. si terrae pauperes minora promittunt vel craticiis podiis erunt discernenda granaria vel vimineis vasculis redactus tenues congeremus. sed factis granariis amurca luto mixta parietes linuntur, cui arida oleastri folia vel olivae pro paleis adiciuntur: quo tectorio siccato rursus amurca respergitur: quae ubi siccata fuerit, frumenta condentur. haec res gurgulionibus et caeteris noxiis animalibus inimica est. aliqui coriandri folia frumentis miscent ad servandum profutura. nihil tamen commodius erit diu custodiendis frumentis, quam si ex areis in alterum vicinum locum transfusa refrigerentur ali-
quantis diebus atque ita horreis inferantur. negat Columella 3
ventilanda esse frumenta, quia magis miscentur animalia totis acervis. quae si non moveantur, in summitate intra mensuram palmi subsistent et hoc velut conrupto corio caetera inlaesa durabunt. adserit idem noxia animalia ultra praedictam mensuram non posse generari. herba conyza sicca, ut Graeci adserunt, substrata frumentis addit aetati [32]). ab horreis tamen auster esse debet aversus.

DE OLEI FACTORIO.

Olearis cella meridianis sit obiecta partibus et contra frigus XX
munita, ut illi per specularia debeat lumen admitti. ita et operas,

---

1 multum (*pro* magnus) *R.* || 2 seminis *E*, fructus *R.* || modus *om.* *R.* || Et si *E g s.* || pauperies *R g s.* || 3 promittit *R g s* || graticiis *L P*² *R*, craticis *P*⁴, craciis *E.* || parietibus (*pro* podiis) erit *R.* || 4 redactos *V*, in quae redactus *E G*, reditus *g s.* || congruemus *F*, colligemus *g s.* || 5 luto *om* *E.* || liniuntur *P*⁴ *G*, linentur *P*³ *E.* || cui *om.* *E.* || aridi *omnes praeter s.* || 6 vel oliuae folia *g s.* || tentorio *L.* || 7 grana (*pro* frumenta) *R.* || 8 curculionibus *F R.* || 9 rorandri *L P*², roriandri *V*, coriandi *R.* || seruandis *R.* || 10 nihil tamen diu custodiendis frumentis commodius erit *g s.* || 11 in alium *R.* || locum vicinum *g s.* || refrigentur aliquot *R.* || 12 et postea (*pro* atque ita) *R.* || 13 admiscentur aceruis animalia inimica. quae *R.* || 15 subsistunt *V.* || velud *P*². || corruptio uelut *R.* || incorrupta uel illaesa *R*, in lates adurabunt *P*². || 17 coniza *L P*² *V P*³ *P*⁴. || 18 addita aetati *L P*², aetatem *E*, aetates *R.* || 19 debet esse *P*³ *E G R s.* || aduersus *P*². || 20 De olearia cella *R.* || 21 partibus sit obiecta *R.* || 22 obmunita *A* ||

quae hieme futurae sunt, nullus algor inpediet: et oleum cum premetur iutum teporibus, frigore non valebit astringi. trapetis et rotulis et praelo nata est forma, quam consuetudo dictavit.
2 receptacula olei semper munda sint, ne novos sapores infecta veteri rancore conrumpant. at si quis maiori diligentiae studet, subiectis hinc inde cuniculis pavimenta suspendat et ignem suggerat fornace succensa. ita purus calor olei cellam sine fumi nidore vaporabit, quo saepe infectum colore conrumpitur et sapore.

DE STABULIS EQUORUM ET BOUM.

XXI Stabula equorum et boum meridianas quidem respiciant partes, non tamen egeant a septemtrione luminibus, quae per hiemem clausa nihil noceant, per aestatem patefacta refrigerent. ipsa stabula propter ungulas animalium ab omni umore suspensa
2 sint. boves nitidiores fient, si focum proxime habeant et lumen intendant. octo pedes ad spatium standi singulis boum paribus abundant et in porrectione quindecim. plancae roboreae subponantur stationibus equorum, ut iacentibus molle sit, stantibus durum.

---

1 sunt future *R.* || nullor *L*, (vs *a manu secunda supra scriptum*). || 2 comprimetur *VG*, cum prementur *F*, c. premitur *E.* || iunctum *V*, uinctum *E*, nitum *R*, usum *G*, adiutum *g s*, iuto P^{3}. || temporibus *L* P^{2} *E F R.* || 3 prolanata *F*, natam P^{2}, nota P^{3} *E G.* || esse P^{2}. || formam *L* P^{2} *V.* || qua *R.* || dictabit *L* P^{2} *V* P^{3} P^{4} *F.* || 4 sint munda *R.* || 5 ueteri rancore infecta corrupta corrumpant *R.* || ac *L*, si quis autem maiori studet diligentiae *R.* || 6 ige *R.* || 7 subiiciat *F.* | et sic *R.* || 8 nitore *L*, ardore *F*, nigredine *R*, fumitore *V.* || uaporauit *L V.* || calore *V.* || 10 STALIBULIS P^{2}. || VEL P^{2} || 11 uel *L* P^{2} P^{3} P^{4} *V F R g s.* || respiciunt partes *F*, plagas respiciant *E g s.* || 12 egent *V.* || septentrionis (*pro* a sept.) *g.* || 13 uero aperta (*pro* patefacta) *R.* || 14 animalium ungulas *R.* || abomnium hore *L.* || debent esse suspensa *R.* || 15 prope *R.* || habeat P^{2}. || ignis lumen *s*, ignis *incl. g.* || 16 intendat *R.* || singula boum paria uolunt sed *R.* || boum *om. A.* || 17 ex robore *R*, roboreae (*in ras.*) *V.* || 18 equorum stationibus *R.* || equorum [cum stramine] *g*, *sine uncis s.* || stantibus uero *R.* || mole *L.* ||

DE CORTE.

Cors ad meridiem pateat et obiecta sit soli, quia facilius erit propter ea, quae insunt, animalia ad aestatis temperandum calorem porticus furcis, asseribus et fronde formari, quae vel scindulis vel, si copia subpetit, tegulis vel, si facilius et sine inpensa placuerit, tegentur caricibus aut genestis. XXII

DE AVIARIIS.

Circa parietes cortis extremos aviaria facienda sunt, quia stercus avium maxime necessarium est agriculturae excepto anserum laetamine, quod satis omnibus inimicum est. sed laetamina[33]) caeterarum avium maxime necessaria sunt. XXIII

DE COLUMBARIO.

Columbarium vero potest accipere sublimis una turricula in praetorio constituta levigatis ac dealbatis parietibus, in XXIV

---

2 Cors — obiec .... quae insunt animalibus ad aestatis .... porticus furcis asseribus et fronde .... uel scindulis uel si copia suppetit .... sine impensa placuerit tegen .... P^3, (*cf.* praefationem), *cuius codicis in infimo margine etiam verba* capiat. frigus repellat. His vero *leguntur cum priore signo intercalationis eique posterius ante quae respondet in exemplo, quod modo scriptum est. Praeterea finis capitis insequentis conferatur.* Curtis *etc.* quia melius animalibus quae insunt in yeme et aestatis calorem reparabitur porticu furcis asseribus palis et fronde formata uel tegulis quae uel scindulis etc. *R.* Cors *etc.* soli, quo facilius hieme aliquem teporem concipiat, propter ea, quae insunt, animalia, quibus etiam ad *etc.* formari debent, quae vel scandulis, vel (si copia suppetit) tegulis, vel (si facilius et sine impensa placuerit) tegentur caricibus aut genistis *g s.* || quia facilius erit *om. E.* || 3 his uero quae insunt animalibus (*post* animalia) *addit E.* || 4 formari debent *etiam G,* formetur (?) debent *A* || 5 vel si copia suppetit *om.* P^1. || 8 curtis parietes *R.* || 9 stercora — necessaria sunt *R.* || 10 *L supra* laetamine *habet* id est fimo. || inicum P^2, est omnibus inimicum *R.* || habitacula *omnes codices cum g s.* || 11 quo facilius hieme calorem capiat, frigus repellat *addit* (*post* sunt) P^3, id est, quo facilius etc. *E.* || 13 Columbarium accipiat A. || 14 leuigatis ac dealbatis parietibus constituta *R.* || in quibus — partibus *om. E.* ||

quibus a quattuor partibus, fenestellae. sicut mos est, brevissimae fiant, ut columbas solas ad introitum exitumque permittant.
2 nidi figurentur interius. a mustelis tutae fiunt, si inter eas vetus spartea [34]) proiciatur, qua animalia calciantur, ut eam secreto non videntibus aliis unus adtulerit. non pereunt et neque [35]) locum deserunt, si per omnes fenestras aliquid de strangulati hominis loro aut vinculo aut fune suspendas. inducunt alias, si cymino pascantur adsidue vel hirci alarum balsami liquore tangantur.
3 fetus frequentant, si hordeum torrefactum vel fabam vel ervum saepe consumant. triginta autem columbis volantibus diurni tres sextarii tritici sufficient aut creturae, ita ut ervum fetus gratia mensibus praebeamus hibernis. rutae ramulos plurimis locis oportet contra animalia inimica suspendere.

DE TURTURIBUS.

XXV Sed columbarii cellae duo subiecta cubicula fiant, unum breve et prope obscurum, quo turtures claudi possint, quos nutrire facillimum est: nam nihil expetunt, nisi ut aestate, qua sola maxime pinguescunt, triticum vel milium mulsa maceratum semper accipiant. semodius [36]) unus diurnus centum viginti turturibus sufficit. aqua sane eis frequenter mundior debet offerri.

---

1 *a habet V supra scriptum.* || sicut mos est (*ante* fenestellae) R *g s*, fenestrellae *L R*, fenestrellae seu foramina ut columbis solummodo ad — sufficiant *E.* || 2 fiant brevissimae P^4, fient *g s.* || quae (*pro* ut) *R.* || recipere possint *R.* || 3 et nidi interius fugerent *R.* || fiant *F*, fient *g s.* || frutex virgosus sine foliis asper vel (*ante* vetus) *addit s ex editione Commeliniana, cum uncis g.* || 4 quia P^2 *F.* || calceantur *R g s.* || 5 aliae non pereunt *V*, non pereunt — suspendas *om. A, incl. g.* || perire — deserere creduntur *R.* || et *om.* P^3 P^4 *E F R G s.* || 6 fenestrellas *R.* || 7 loro *om. E.* || suspenderis *R.* || cumino *L* (cimino *a manu secunda supra scriptum*) *g s*, cimino P^2 *R*, imino *F.* || 8 adsiduo *L*, assiduo *V E G* || uel si P^2 *E*, vel setosi *s*, setosi *incl. g.* || 9 fetum *R.* || fabas *R.* || herbum *omnes praeter s* || 10 consummant *L*, comedant *R.* || columbis autem triginta *R.* || 12 rutae — suspendere *om F.* || pluribus *E g s.* || 14 De turturar'o *R.* || 15 columbari *L* P^2 P^3 P^4 *F*, columbariae *E*, Columbarii autem *R.* || 16 possunt P^3. || eas enim *R.* || 17 quia (*pro* nam) *R.* || 18 maxime *om. E* || 19 sed modius *L E R.* || diurnus *om. E*, diuturnus *V.* || 20 aqua uero mundior debet eis frequenter offerri *R.* || his *V.* || mundior *incl. g.* ||

DE TURDIS.

Aliud vero cubiculum turdos nutriat. qui si alieno XXVI
tempore saginentur, et voluptatem cibi et reditum maximum praestant parcitati beneficium ministrante luxuria. sit autem locus mundus et lucidus et undique levigatus. transversae in hoc perticae figuntur, quibus possint post inclusum volatum
sedere. rami etiam virides saepe mutentur. caricae tunsae mixtis 2
pollinibus largissime praebeantur. myrti etiam, si facultas est, lentisci, oleastri, ederae, arbuti semina interdum ad excludenda fastidia et maxime aqua munda tribuatur. claudantur inlaesi et recens[37]) capti mixtis aliquibus ante nutritis, quorum societate ad capiendos cibos pavidam novae captivitatis maestitudinem consolentur.

DE GALLINIS.

Gallinas educare nulla mulier nescit, quae modo videtur XXVII
industria. hoc de his praecepisse sufficiat, ut fumo[38]), pulvere utantur et cinere. sint praecipue nigrae aut flavi coloris, albae vitentur. vinaceae cibo sterilescunt. hordeo semicocto et parere saepe coguntur et reddunt ova maiora. duobus cyathis hordei bene pascitur una gallina, quae circuit. subponenda sunt his semper ova numero inpari luna crescente a decima usque in

---

2 autem *R.* || turdus P^2 *R.* || qua *L.* || 3 tempore *om. V.* || voluntatem *L F.* || cibum et remedium *E*, redditum *R.* || 4 fit *L G.* || 5 mundus et nitidus et lucidus P^3 *E.* || et transuersae *R.* || 6 perticae uel porticus *V.* || figantur *V* P^4 *R.* || post inclusum uolatum sedere possint *R.* || 7 mixte palenibus large *R*, largitissime *G.* || 8 et si facultas est myrti etiam et lent. *R*, mirti *V.* || 10 nitida *R.* || praebeatur *g s.* || claudantur *om. G.* || 11 recenter *V R G g s.* || 12 mesticiam *R.* || 13 consolentur *om. G*, consulentur *V.* || 15 femina *R.* || dummodo sit fatua (*post* nescit) *addit R.* || videatur *E g s.* || 16 hoc autem *R*, hoc modo *E.* || praecipisse P^2. || fumo *L* P^2 *V F*, fimo *ceteri cum g s.* || 17 praecipuae *L V.* || faui P^2. || [sed] *ante* albae *inserunt g s*, albae autem *R.* || 18 utentur P^2. || Uicinatia *L* (o *supra* ae *scriptum est*), Unaciae P^2, Vinaciae *V* P^4, uinacie *F.* || hordeo autem semicocto poste et saepe pariunt et maiora oua reddunt *R*, redundant *L.* || 19 ciati *L*, ciatis *V (in ras.)* P^3, quiati P^2, quiatis P^4, quatis *G.* || 20 quae circumit P^3, quae sit vaga *g s.* || his semper *om. R.* || 21 usque ad *E.* ||

2 quintam decimam. pituita his nasci solet, quae alba pellicula linguam vestit extremam. haec leviter unguibus vellitur et locus cinere tangitur et alio trito plaga mundata conspergitur. item alii mica trita cum oleo faucibus inseritur. staphis etiam agria prodest, si cibis misceatur adsidue. si amarum lupinum comedant, sub oculis illis grana ipsa procedunt: quae nisi acu leviter
3 apertis pelliculis auferantur, extinguunt. oculos portulacae suco forinsecus et mulieris lacte curemus vel ammoniaco sale, cui mel et cyminum aequale miscentur. peduclos earum perimit staphis agria et torrefactum cyminum paria et pariter tunsa cum vino et amari lupini aqua, si penetret secreta pennarum.

DE PAVONIBUS.

XXVIII Pavones nutrire facillimum est, nisi eis fures aut animalia inimica formides, qui plerumque per agros vagati sponte se pascunt pullosque educunt[39]): altissimas vespere arbores petunt. una his cura debetur, ut incubantes per agrum feminas, quae hoc passim faciunt, a vulpe custodias. ideo in insulis brevibus meliori sorte nutriuntur. uni masculo feminae quinque
2 sufficiunt. masculi ova et pullos suos persequuntur velut alienigenas, priusquam illis cristarum nascatur insigne. ab idibus Februariis calere incipiunt. faba leviter torrefacta in libidinem

2 vetit *G*. || 3 tegitur *R*. || allio *V* (l *prius supra scriptum est*) P^4 *g s*. || plaga *om*. *F*, lingua *E*. || mundata *om*. P^2. || conspergit *R*. || item ut *E*. || 4 allii *V* P^4 *E g s*. || inseretur *L* P^3 *E F*, inseratur *V* P^4, infertur *A*, micam tritam — ingerunt *R*. || stafis *L* P^2 P^4 *V F R*. || agria etiam P^3 P^4 *g s*. || 5 adsiduae *L V*. || 6 illius *L*. || 7 extingunt *L* P^2 P^3 P^4 *F R*, extinguntur *V*. || 8 ammonaico *L*, armoniaco *R*. || 9 ciminum P^4. || aequaliter misceantur *A*. || Pediculos *R g s*. || perimit *om*. *E*, staphis agria perimit *R*, stafis P^2 *V* P^4. || 10 ciminum P^2 P^3 P^4 *F*. || paria *om*. *V*, paria pondere P^3, pari pondere *g s*, et — paria *om*. *A*. || tonsa *L R*. || 11 pignarum *L*, pinnarum P^2 P^3, pinarum *F*. || 13 eis *om*. P^4 *F E g s*. || 14 plerique *V*, per agros uagari plerumque P^2, vagantes *g s*. || 15 educant *G g s*. || et alt. *g s*, altas arbores sero *R*. || 16 una [vero] *g s*. || ut *om*. *R*. || incumbantes *L*, feminae incubantes per agros quod passim faciunt a uulpe custodiende sunt et *R*. || 18 femini P^2, quinque feminae *R*. || 19 consequuntur *E*. || 20 antequam *R*. || nascitur P^2. || 21 faba uel cicer *R*. ||

provocantur. [illegible] cyathi [illegible] quotiens [illegible] larum capita [illegible] pennarum [illegible] procurrens [illegible] matres ab [illegible] primus partus [illegible] vel duorum [illegible] gallinae [illegible] habeant [illegible] generis. [illegible] gallinacea totidem [illegible] tricesima luna [illegible] pavoninis ovis [illegible] sunt. saepe [illegible] unam partem [illegible] maiores tamen gallinae [illegible] subponere [illegible] Columella [illegible] bene educi [illegible] far hordei [illegible] cocta pulticula et refrigerata [illegible] vel caseus recens [illegible]

1 V [illegible] *R* [illegible] uini *P* [illegible] *R F R* [illegible] s. p. c. *o R* [illegible] est *R.* [illegible] *R.* || 9 a primo [illegible] *omittit etiam R.* [illegible] *F E,* [ova] [illegible] et alia totidem [illegible] ablata [illegible] tamen *R* [illegible] 15 [illegible] *L.* 18 [illegible] [autem [illegible] 23 pullis [illegible] *R* [illegible] *R*

6 etiam pedibus ablatis praebentur. ita pascendi sunt usque ad sextum mensem. deinde hordeum poteris praebere sollemniter. tricesimo quinto tamen die, postquam nati sunt, etiam in agrum tuto eici possunt comitante nutrice pascendi, cuius singultu revocentur ad villam. pituitas vero et cruditates his remediis submovebis, quibus gallina curatur. maximum illis periculum est, cum incipit crista produci: nam patiuntur languores infantum similitudine, cum illis tumentes gingivas denticuli aperire nituntur.

DE PHASIANIS.

XXIX In phasianis nutriendis hoc servandum est, ut novelli ad creandos fetus parentur, id est, qui anno superiore sunt editi: veteres enim fecundi esse non possunt. ineunt feminas mense Martio vel Aprili. duabus unus masculus sufficit, quia caeteras aves salacitate non aequat. semel in anno [17]) fetus

2 creabunt. viginti fere ovis pariendi ordo concluditur. gallinae his melius incubabunt, ita ut quindecim phasianina ova nutrix una cooperiat: caetera sui generis subponantur. in subponendo de luna et diebus, quae sunt in aliis dicta, servemus. tricesimo dies maturos pullos in lumen emittet. sed per quindecim dies

[illegible] marg. [illegible] solemniter [illegible] ad sex menses [illegible] sollemniter [illegible] quinque [illegible] tamen [illegible] singultum [illegible] ad villam [illegible] similitudine [illegible] tumentes [illegible] phasianis [illegible] salacitate [illegible] phasiana [illegible] superius dictum est [illegible] mittit in [illegible]

discocto ac refrigerato leviter hordei farre pascentur, cui vini
imber aspargitur. post triticum fractum praebebis et locustas et
ova formicae. sane ab aquae prohibeantur accessu, ne eos pituita
concludat. quod si pituitam patientur phasiani, alio cum pice 3
liquida trito rostra eorum debebis adsiduus perfricare vel vitium,
sicut gallinis fieri consuevit, auferre. saginandi haec ratio est, 4
ut unius modii triticea farina in brevissimas offulas redacta clauso
phasiano per triginta dies ministrata sufficiat: vel si hordeaceam
farinam praebere volueris, unius et semissis modii farina per
praedictos dies saginam replebit. observandum sane est, ut of-
fulae ipsae oleo levigentur asperso et ita inserantur faucibus,
ne sub infima linguae parte mergantur. quod si evenerit, statim
peribunt. illud quoque magno opere curemus, ut praebeantur
nova alimenta digestis [41]), quia eos facillime onus cibi haerentis
extinguit.

DE ANSERIBUS.

Anser sane nec sine aqua nec sine herba facile sustine- XXX
tur: locis consitis inimicus est, quia sata et morsu laedit et
stercore. pullos praestat et plumas, quas et autumno vellamus
et vere. uni masculo tres feminae sufficiunt. si desit fluvius,
lacuna formetur. si herba non subpetat, trifolium, faenum Grae-
cum, agrestia intyba, lactuculas seremus alimento. albi fecundiores
sunt, varii vel fusci minus, quia de agresti genere ad domesti-

---

1 bis cocto *R.* || leviter *om R.* || ordeo *R.* || pascantur *R.* || 2 hiber *L.* || 3 sed ab aquae p. a. *R.* || pituita eos. *R.* || 4 aleo *R.* || 5 assidue *V R.* || 6 aut ferre *L*, aut fere *V.* || saginandi autem *R.* || 7 triticei *L* P^2 *V* P^3, tritici *E* P^3 P^4 (e *a manu secunda supra scriptum*) *R.* || 8 faxiano *R*, fasiano *caeteri codices.* || ministrata *om. E.* || sub *L* (si *a manu secunda supra scriptum*). || 9 semis *R.* || 13 pereunt P^2 *g s.* || ne (*pro ut*) *g s.* || 14 digestis *om. E*, nisi digestis aliis *g s.* || 17 sane *om. A.* || nec sine herba nec sine aqua *E G g s.* || 19 stercore polluit *R A s.* || pullos *om. A.* || plurimas (*pro* plumas) P^2 *R.* || et (*post* quas) *om. R.* || uellemus *R.* || 20 sufficiunt *E G g s.* || 21 lacunae formentur *E.* || suppetit *V g s.* || seminetur trif. *R.* || 22 intiba *L* P^2 *V* P^3 P^4, intuba *F R g s.* || lacticulas P^2, lactucas *E F*, et lactuca *R.* || 23 sunt *om. L.* || uarei *L* (i *a manu secunda supra scriptum*).

2 cum transierunt. incubant a calendis Martiis usque ad aestivum
solstitium. plus parient, si gallinis ova subponas. extremum
partum matribus iam vacaturis educare permittimus. pariturae
ad haram perducantur. cum semel hoc feceris, consuetudinem
sponte retinebunt. gallinis sicut pavonina etiam anseris ova
subpones. sed anserina ova ne noceantur[42]), subpositis subiciatur
3 urtica. parvi primis decem diebus intus pascendi sunt, postea
sereno eos poterimus educere, ubi urtica non fuerit, cuius aculeos formidant. quattuor mensium bene saginantur: nam melius
in tenera aetate pinguescunt. polenta dabitur in die ter. large
vagandi licentia prohibetur. loco obscuro claudentur et calido.
sic maiores etiam secundo mense pinguescunt: nam parvuli saepe
die tricesimo. saginantur melius, si ad satietatem milium praebeamus infusum. inter anserum cibaria legumen omne porrigi
4 potest excepto ervo. cavendum est etiam, ne pulli eorum saetas
glutiant. Graeci saginandis anseribus polentae duas partes et
furfuris quattuor aqua calida temperant et ingerunt pro adpetentis voluntate sumenda. tribus per diem vicibus potu adiuvant. media quoque nocte aquam ministrant. peractis vero
triginta diebus, si, ut iecur his tenerescat, optabis, tunsas caricas

---

1 a *om.* *L F.* || Martiis *V* (s *a secunda manu*), marciis *P*², Martii *caeteri* || 2 extremum — subpones *om.* *F.* || 3 permittamus *R.* || 4 aram *P*² *P*³ (haram *in margine*) *V*, iram *P*⁴, aream *E*, arcam *R.* || 4 sponte consuetudinem *R.* || 5 gallinis anserina oua sicut pauonina supponas *R*, supponas etiam *P*⁴ *g s*, supponas (*pro* sicut) *E*, sicut — etiam *om.* *A.* || 5 et (*pro* etiam) *L P*² *P*³ *P*⁴. || 6 anserina ova *om.* *A.* || 6 noceant *F.* || subposita *P*², supposita *R.* || 7 hortica *P*², ortica *L* (v *a manu secunda supra scriptum*) *P*³. || Parui semine papaueris *s*, parui — urtica *om.* *F.* || in primis *R.* || domi pascantur *R.* || 8 educare *E*, duci poterunt *R.* || 9 reformidant *F*, quia formidant aculeos *R.* || mensum *L* (i *a manu II supra scriptum*) *P*² *P*³, mensibus *R.* || Parui — urtica *ins. ante* nam *F.* || 10 in aetate tenera *P*⁴ *g*, pinguescunt in tenera aetate *s.* || 11 prohibeatur *R.* || 13 multum *F*, milium decoctum *P*³, milium coctum *E.* || 14 omne legumen praestari *R*, praestari *etiam* *A*, cannae (*pro* omne) *P*³. || 15 eorum *om.* *R.* || saecar *P*². || 16 Sed Graeci *R.* || anseribus *om.* *E.* || polentes *F*, duas polentae partes *R.* || 17 quattuor furfuris *R.* || temperatas ad libitum sumentium tribuunt. tribus *R.* || appetendis *L.* || 20 XX *P*² *R.* || siue (*pro* si, ut) *R*, si aut *V.* || 20 tenerescant *R.* || carias *P*². ||

et aqua maceratas in offas volutabis exiguas et per dies viginti continuos ministrabis anseribus.

DE PISCINIS.

His ordinatis caetera exequenda sunt. nam piscinae duae XXXI
vel solo inpressae vel caeso lapide circa villam esse debebunt, quas facile est aut fonte aut imbre subpleri, ut una ex his usui sit pecoribus vel avibus aquaticis: alia madefaciat virgas et coria et lupinos et si qua rusticitas consuevit infundere.

DE FAENILI, PALEARIO, LIGNARIO.

Faeni, palearum, ligni, cannarum repositiones nil refert XXXII
in qua parte, dummodo siccae sint atque perflabiles et longe removeantur a villa propter casum subripientis incendii.

DE STERCULINO.

Stercorum congestio locum suum tenere debebit, qui XXXIII
abundet umore et propter odoris horrenda a praetorii convertatur aspectu. umor abundans hoc praestabit stercori, ut, si qua insunt spinarum semina, putrefiant. stercus asinorum primum est, maxime hortis: dein ovillum et caprinum et iumentorum: porcinum vero pessimum. cineres optimi sed columbinum

---

1 uoluptabis *R.* || uiginti dies *R.* || 2 et una de nocte potu ministrantes eisdem. omne tamen legumen praeter eruum tribui eis potest *addit R.* || 3 De piscinis extruendis *R.* || 5 uilla *L* (m *a manu secunda supra scriptum*). || 6 imbres *P²*. || 7 sufficiat (*pro* sit) *A.* || altera uero *R*, in aliam deuecat *V.* || 8 et lupinos et coria *R*, et coria *om. F (lacuna inest)*, et lupinos *om. E.* || quaecumque (*pro* si qua) *R.* || 9 et lignario *R.* || 10 lignorum *R.* || reposiones nihil *L.* || 11 in *om. R.* || fiant (*post* parte) *ins. P⁴ F R*, [fiant] *g s.* || longe *om. R.* || 12 remote *R.* || p. c. incendii repentini *R.* || subripiendi *F*, subrepentis *P⁴.* || 13 DE STERQVILINIO *V.* || 14 Stercorum *V* (orum *in rasura*). Sterquiliniorum *E.* || qui sit humidus *R.* || 15 practorio *L.* || auertatur *E R g s.* || 16 haec *P³* (*uel* hoc *in margine*). || 17 insunt mala semina *R.* || 18 deinde boum *V*, ouium et caprum *E.* || iumentinum *R.* || 19 porc. autem *R.* || sed *om. R.* ||

2 fervidissimum caeterarumque avium satis utile excepto palustrium. stercus, quod anno requieverit, segetibus utile est nec herbas creat: si vetustius sit, minus proderit. pratis vero recentia stercora proficient ad uber herbarum. et maris purgamenta, si aquis dulcibus eluantur, mixta reliquis vicem stercoris exhibebunt et limus, quem scaturiens aqua vel fluvii incrementa respuerint.

DE LOCIS HORTI ET POMARII ET SAEPIBUS ET SERENDO.

XXXIV Horti et pomaria domui proxima esse debebunt. hortus est sterculino maxime subiectus, cuius eum sucus sponte fecundet. ab area longe situs: nam pulverem palearum patitur inimicum. felix positio est, cui leniter inclinata planities cursus aquae
2 fluentis per spatia discreta derivat. si fons desit, aut inprimendus est puteus aut, si hoc nequeas, piscina superius construenda, ut illi aquas pluvia conferente hortus per aestivos rigetur ardores. si hac omni facultate carueris, semper altius tribus vel quattuor pedibus ad pastini similitudinem fodies hortulum, qui sic cultus
3 neglegat siccitates. sed huic quamvis contra necessitatem iuta[43]) stercore quaelibet terra conveniat, tamen haec genera sunt in electione vitanda, creta, quam argillam dicimus, atque rubrica. illud quoque custodies in hortis, quos umoris natura non adiu-

1 ferventissimum *E R.* utile *est* *g s.* | praeter anserinum et pal[ustrium] strium *R*, plaustrum (*pro* palustrium) *L.* 2 requievit *P*[4]. | satis utile *A.* creat herbas *P*[5], caret herbis *s.* 3 recens *R.* stercora *om. R.* 4 proder[it] *A.* uberiatem *E*, huber *F*, urber *R.* reliquis diuic. eleuantur *L.* 6 saturi[t] *P*[4]. 7 De locis ad ortos et pomaria et sepibus serendis *R.* 9 debent *E.* 10 et sterculino *L* (est *subter et scriptum est*). sterquilinio et subiectus *R*, sit ste[r]quilinio max. subi. *g s.* sterquilinio [illegible] *P*[a] *E G*, sterquilinio m. s. *V.* | cum [illegible] *P*[4], cum *R.* 11 situs (sit) *g s.* quia palearum, [illegible] *R*, palearum *om. L.* 12 leniter *R.* aquae fluentis cursus *R.* 13 [illegible] (*a prius in rasura*). 14 nequeas hoc *E G* *g s.* | est construenda *P*[3]. constr. est *g*, construenda est *s.* 15 qua (*pro* ut [illegible]) *R*, ut [illegible] *g s.* consternatus *A*, congerente exinde *R.* | 16 si *R.* | aut *R.* | 18 neglegit *F*, negligit *s.* | iusta *F*, iuta *V* (*ta in rasura*), u[illegible] *A*, mista *g s.* | 20 creta scilicet *E.* argilla *A R.* et rubricam *R.* | 21 hortis custodias *R.*

vat, ut dividas partes[14]) et hieme ad meridiem, aestate ad septemtrionem spatia colenda convertas.

Munitionis multa sunt genera. alii luto inter formas clauso 4
parietes figuratos ex partibus imitantur. quibus subpetit, macerias luto et lapide excitant. plerique sine luto congesta in ordinem saxa conponunt. nonnulli fossis spatia colenda praecingunt: quod vitandum est, quia horto subducit umores, nisi forte locus palustris colatur. alii spinarum plantas et semina in munitione disponunt. sed melius erit rubi semina et spinae, quae rubus 5
caninus vocatur, matura conligere et cum farina ervi ex aqua macerata miscere, funes dehinc sparteos veteres hoc genere mixtionis sic inducere, ut intra funes semina recepta serventur usque ad verni temporis initia. tunc ubi saepis futura est, duos 6
sulcos tribus a se pedibus separatos sesquipedis altitudine faciemus et per utrosque funes cum seminibus obruemus levi terra. ita tricesima die procedunt sentes, quos teneros adminiculis opus est adiuvare: qui inter se per spatia vacua relicta iungentur.

Partes sane horti sic dividendae sunt, ut hae, in quibus 7
autumno seminabitur, verno tempore pastinentur: quas seminibus vere conplebimus, autumni tempore debebimus effodere. ita

---

1 diuidat *F.* || [per] partes *g*, per partes *s.* || 2 spatia colenda *om. A.* || 3 Debebunt etiam horti esse clausi sed munitionis *R*, Debent etiam horti *etc. s*, Debent — sed *incl. g.* || 4 ex lateribus *E g s.* || quibus [copia] suppetit *g*, *sine uncis s.* || maceries ex luto et latere ipsos *R.* || 5 alij *R.* || in ordine *V E.* || 6 Alii *R.* || collocanda *E.* || ortos (*pro* spatia colenda) *R.* || 7 quod nisi ortus palustris et humorosus sit, est uitandum, quia ortis humorem subdunt *R.* || 8 plaustris *L.* || pro mun. *R.* || 9 erit *om. R.* || 10 canninus P^2. || uocatur caninus *V.* || matura *om. A*, natura *R.* || et *om. L* P^3 *V.* || herbi P^2 *V* P^3. || ex qua *L* (a *a secunda manu supra scriptum*). || 11 deinde *R A.* || hoc genere *om. A.* || 12 mixtione si *L*, mixtioni sio P^2 P^4, mixtionum ducere *R*, mixtionis inducere P^3 *E G F*, [sic] *g.* || inter *R.* || 13 teporis *V.* || sepis P^4, sepes P^3 *E G R gs.* || 14 sexquipedis *R.* || 15 per utrumque funem obruemus cum seminibus leui superposita terra et *R.* || 16 sentes procedunt. qui si opus fuerit in principio adminiculis adiuuentur *R.* || 17 quibus inter se sentes *g*, [sentes] *s.* || per *om. V.* || úacuo P^2 *V* P^3 P^4. || 19 sane *om. R.* || eae *g s.* || 21 uerne (*pro* autumni) *E.* || debemus *L V F E G.* || 31 offodere *R.* || ita ut *R.* ||

utraque pastinatio decoquetur beneficio algoris aut solis. areae faciendae sunt angustiores et longae, id est, duodecim pedum longitudine et sex latitudine, sic propter spatia utrimque purganda divisae. margines vero earum locis umidis vel inriguis duobus pedibus erigantur: siccis uno extulisse sufficiet. inter areas, si umor consuevit effluere, spatia altiora ipsis areis esse debebunt, ut facilius ingrediatur aream de superiori parte umor admissus et, ubi sitientem saturaverit, in alias possit exclusus
8 averti. serendi tempora licet per menses certa signemus, tamen secundum loci et caeli naturam unusquisque custodiat. frigidis locis autumnalis satio celerior fiat, verna vero tardior: calidis autem regionibus et autumnalis serior fieri potest et verna maturior. quaecumque serenda sunt, cum crescit luna, seminentur: quae secanda sunt vel legenda, cum minuitur.

DE REMEDIIS HORTI ET AGRI.

XXXV Contra nebulas et rubiginem paleas et purgamenta pluribus locis per hortum disposita simul omnia, cum nebulas videris instare, conbures.

Contra grandinem multa dicuntur. panno russeo mola cooperitur. item cruentae secures contra caelum minaciter levantur. item omne horti spatium alba vite praecingitur, vel noctua pennis patentibus extensa suffigitur, vel ferramenta, quibus operandum
2 est, saevo unguntur ursino. aliqui ursi adipem cum oleo tunsum reservant et falces hoc, cum putaturi sunt, ungunt: sed hoc in

1 decoquatur *R.* || ac solis *R.* || 3 et sint propter P^3 *E*, ut sint p. *g s.* || utrisque *G.* || 4 diuisa *R.* || irruguis et humidis *R.* || 5 siccis uero *R.* || sufficiat *R.* || 6 his areis *R.* || 7 in aream *R.* || superi *L* P^2, superiore *F g s.* || 8 admissus — possit *om. L.* || scitientem *R.* || in alia *R.* || exclusos *L* || 10 naturam et caeli *R.* || 11 celerius *R.* || tardius *R.* || 13 cum luna crescit *E G g s.* || 14 sunt *om. E.* || liganda P^3 (*in margine*). || comminuitur *L.* || 15 VEL *codices.* || 16 orti uel agri *V* (*a manu secunda supra* rubiginem *scriptum*), rubiginem. Paleas *g s.* || 19 rus seu *V*, roseo P^4 *R g s.* || 21 pinnis *L* (e *supra scriptum*) P^2 P^3. || 22 sufficitur P^2. || 23 scuo $P^3 P^4$ *F s*, sebo *R*, sepo *g.* || yrcino *R.* || tusum *omnes praeter E.* || 24 falces quibus put. *R.* || putari P^2. || unguntur *R.* ||

occulto debet esse remedium, ut nullus putator intellegat: cuius tanta vis esse perhibetur, ut neque gelu neque nebula neque aliquo animali possit noceri. interest, ut res profanata non valeat.

Contra culices et limaces vel amurcam recentem vel ex cameris fuliginem spargimus.

Contra formicas, si in horto habent foramen, cor noctuae admoveamus: si foris veniunt, omne horti spatium cinere aut cretae candore signabimus.

Contra erucas semina, quae spargenda sunt, sempervivi 3
suco madefiant vel erucarum sanguine. cicer inter olera propter multa portenta serendum est. aliqui cinerem de fico super erucas spargunt. item squillam vel in horto serunt vel certe suspendunt. aliqui mulierem menstruantem nusquam cinctam, solutis capillis, nudis pedibus contra erucas et caetera hortum faciunt circumire. aliqui fluviales cancros pluribus locis intra hortum crucifigunt[45]).

Contra animalia, quae vitibus nocent, cantharides, quas in 4
rosis invenire consuevimus, oleo mersas resolvi patieris in tabem: et cum putandae sunt vites, hoc oleo falces perunges. extinguuntur cimices amurca et felle bubulo lectis aut locis perunctis vel foliis ederae tritis ex oleo vel incensis sanguisugis.

Ut olera animalia infesta non generent, in corio testudinis 5
omnia semina, quae sparsurus es, sicca vel mentam locis pluribus

---

2 vis tanta *E G g s.* || neque gelu *om. s.* || neque aliquo malo *E.* || 3 interest etiam *R g s.* || profana *L*, prophanata P^3. || 6 ex *om. R*, ea *L*, ex cameris *om. V* (in cameris *in margine*). || 7 formicam *R.* || 8 ammoveamus *R.* || foras *G.* || veniant *R.* || 9 signauimus *L V F*, signemus *E R g s.* || 10 aspergenda *vel* aspargenda *(per notam scriptum)* sunt *V*, sunt spargenda *R.* || semperuiua *F*, semperuiuo *R*, semperuiuae *g s.* || 11 madeficiant P^3 *(in margine).* || cicer autem *E.* || intra *g.* || 12 ficu P^3 *(o supra scriptum) R.* || 14 menstruatam *V.* || 16 circuire *V.* || 17 crucifigem *R*, clauis figunt *g s.* || 19 olea P^2. || intauem *L* P^2. || 20 vites *om. E.* || falces [putatorias] *g s.* || perungues *L* P^2 *V.* || extinguntur *L* P^3 P^4 *V R.* || 21 amurca hec sola fertur experimento hoc facere *R.* || et felle bubulo *om. A.* || 22 aut foliis *R.* || ex oleo *om. R.* || sanguisugus P^2. || 23 Ut omnia animalia — generentur *R.* || 24 in locis pluribus *R.* || herbum P^2 P^3 *V.* ||

maxime inter caules sere. hoc praestare fertur ervum aliquantulum satum, praecipue ubi radices et rapa nascuntur. vel acre acetum suco hyoscyami mixtum fertur olerum pulices necare, si spargas.

6 Campas fertur evincere, qui fusticulos alii sine capitibus per horti omne spatium conburens nidorem locis pluribus excitarit. si vitibus consulemus, alio trito falces putatoriae feruntur ungendae. nasci quoque prohibentur, si circa arborum vel vitium crura bitumen et sulfur incendas vel si ablatas de horto vicino campas aqua excoquas et per horti tui spatia universa diffundas.

Ne cantharides vitibus noceant, in cote, qua falces acuuntur, ipsae sunt conterendae.

7 Democritus adserit neque arboribus neque satis quibuslibet noceri posse a quibuscumque bestiis, si fluviales cancros plurimos vel marinos, quos Graeci paguros nominant, non minus quam decem fictili vasculo in aqua missos tegas et sub divo statuas, ut decem diebus sole vaporentur. postea quaecumque inlaesa volueris esse, perfundas et octonis diebus peractis hoc repetas, donec solide, quae optaveris, adolescant.

8 Formicas abiges origano et sulfure tritis foramen aspargens. hoc et apibus nocet. item coclearum vacuas testas si usseris et eo cinere foramen inculces.

Culices galbano infuso fugantur aut sulfure, pulices amurca per pavimentum frequenter aspersa vel cymino agresti cum

---

2 statum *L* P^2 *V*, stratum *R*. || 3 hyosciami *L* P^2 P^3, iusquiami *V* (qui *in ras.*) *E* P^3 (*in margine*), *F R g*, iusquiamo P^4, Hyosquiami *G*. || 5 genus uermicum est in ortis et uineis uel agris quas *V* (*supra* Campas fertur *scriptum*). || posse euincere *V*. || aliis *L V*. || 6 pluribus locis excitauerit *R*. || 7 consulimus P^4 *A*, Si contra easdem vitibus voluerimus consulere *g s*. || allio P^4 *V A G*. || putatoriorum *R*. || 8 unguendae P^4 *E G g s*. || arbores uitium *V*. || 9 sulphur P^2 P^3 P^4. || 10 aquam *L* P^2, excoquas aqua *g s*, exquoques *L*, exquoquas P^4. || tui *om*. *G*. || inuersa *R*. || 11 cantharide *L*. || nocεant — conterendae *om*. *A*. || in cute *L R*. || quo *V*. || 12 terendae *R*. || 15 pagirtos *R*, παγούρους *g s*. || Plurimos *R*. || 16 sub dio *g s*. || 17 per solem *E*. || 18 uolucris illaesa *R*. || 18 [ea aqua] perf. *g s*. || octauis *R*. || 20 auiges P^2, auges si *V*, metuens *A R*. || sulphure P^2 P^3 P^4. || aspergas *R*, si — asperges *g s*. || 21 cloclearum *L* P^4, cochlearum *g s*. || 23 sulfure. Pulices *g s*. || 24 cimino P^2 P^3 *R*. ||

aqua trito vel cucumeris semen agrestis aqua resolutum saepe infundens vel aquam lupinorum psilothri austeritatibus iutam.

Mures, si amurcam spissam patinae infuderis et in domo 9
nocte posueris, adhaerebunt. item necabuntur, si elleboro nigro caseum vel panem vel adipes vel polentam permisceas et offeras: et agrestis cucumeris et colocynthidis suffusio sic nocebit.

Adversus mures agrestes Apuleius adscrit semina bubulo felle maceranda, antequam spargas. nonnulli rhododaphnes foliis aditus eorum claudunt, qui rosis his, dum in exitum nituntur, intereunt.

Talpas Graeci hoc genere persequuntur. nucem perforari 10
iubent vel aliquod pomi genus soliditatis eiusdem: ibi paleas et cedrum[16]) cum sulfure sufficienter includi: tunc omnes parvulos aditus et reliqua spiramenta talparum diligenter adobrui: unum foramen, quod amplum est[17]), reservari: in cuius aditu nucem intus incensam sic poni, ut ab una parte flatus possit accipere, quos ab alia parte diffundat: sic inpletis fumo cuniculis talpas vel fugere protinus vel necari.

Mures rusticos, si querno cinere aditus eorum satures, 11
adtactu frequenti scabies occupabit ac perimet.

Serpentes prope omni austeritate fugantur et nocentes spiritus innocentia fumi graveolentis exagitat. uramus galbanum vel

---

1 agrestis *om. A*, agrestis semen *g s.* || aqua *R.* || 2 si -- infundes *G g s.* || 2 psilotri *codices et g s.* || iutum *V* (*in ras.*), uitum *R*, iunctam *g s.* || 3 amurgam P^2. || 4 posueris nocte *R.* || elloboro P^4, eleboro *R.* || 5 adipem *R*, adipe *A.* || et *om. R*, et agrestis cucumeris *om. A.* || 6 coloquintidis *L* $P^2 P^3 P^4$, colochintidis *V*, colloquintidis *R.* || suffusio *V* (usio *in rasura*), fusio *E.* || sic *om. R A.* || 8 rododafnes $P^2 P^3$, rododapnes P^4, rododa *V*, rodosoriis *R.* || 9 rosis ipsis *R.* || in exitu *E g s.* || 11 persecuntur P^2 *V R.* || 13 cedram *L* P^2 *V*, cedriam $P^3 P^4$ *E s*, ceram *F R g.* || sulphure P^2 *V* $P^3 P^4$. || 14 obrui *V* P^4 *E G*, obstrui et *R*, obstrui *g s.* || et unum *R.* || 15 amplius *s.* || sit *E g s.* || 16 accensam *E.* || subponi *R*, supponi *A.* || 18 uel fugare poteris protinus uel necare *E*, talpas protinus uel fugere uel mori *R.* || 19 querneo *E g s*, quercino *V* (ci *a manu secunda supra scriptum*). || 20 adtatu P^2, a tactu *F R*, ... tactu *V* (*lacuna erasa*). || scabies *om. F*, scauies P^2, cauus *V* (*a prima manu*, caput eorum *a secunda*). || 21 nocens . . . *V* (*cum rasura*). || 22 nocentia *V R.* || Itaque *V* (*ante* uramus *a manu secunda supra scriptum*). ||

cervi cornua, radices lilii, caprae ungulas. hoc genere monstra noxia prohibentur.

12 Opinio Graecorum est, si nubes locustarum repente surrexerit, latentibus infra tecta cunctis hominibus eam posse transire: quod si inobservantes homines sub aere deprehendant, nullum fructum noceri[48]), si continuo omnes ad tecta confugiant. pelli etiam dicuntur amari lupini vel agrestis cucumeris aqua decocta, si muriae mixta fundatur. aestimant aliqui locustas vel scorpios fugari posse, si aliqui ex his urantur in medio.

13 Campas nonnulli ficulneo cinere persequuntur: si permanserint, urina bubula et amurca aequaliter mixta conferveant et, ubi refrixerint, olera omnia hoc imbre consparge. prasocoridas Graeci vocant animalia, quae solent hortis nocere. ergo ventriculum vervecis statim occisi plenum sordibus suis spatio, quo abundant, leviter debebis operire. post biduum reperies ibi animalia ipsa congesta. hoc cum bis vel tertio feceris, genus omne, quod nocebat, extingues.

14 Grandini creditur obviare, si quis crocodili pellem vel hyaenae vel marini vituli per spatia possessionis circumferat et in villae aut cortis suspendat ingressu, cum malum viderit inminere. item si palustrem testudinem dextra manu supinam ferens vineas perambulet et reversus eodem modo sic illam ponat in terra, ut[49]) glaebas dorsi eius obiciat curvaturae, ne

---

1 serpentes *V* (*ante* monstra *a manu secunda supra scriptum*). || 3 surrexit P^2 (it *per notam scriptum*), surrexerint *g s*. || 4 intra *g s*. || 5 obseruantes P^3 *E*. || conprehendant *R*. || nulli fructuum *E g s*. || 6 ad tecta omnes *R*. || 8 in urine *F*, amurce *R*. || Extimant *R*, Existimant *g s*. || lucustas *L*. || scorpiones *R*. || 9 fugarari *L*. || ex eis *g s*. || 10 persecuntur P^2 *V* P^4 *R*. || 11 urinabula *R*. || cum feruoant *V*. || 12 refriguerint *E*, refrigerint *R*. || uel olera (uel *supra scriptum*) *V*. || conspargere *E*. || Rasocoridas *F*, Prasocordidas *R*, πρασοκουρίδας *g s*. || 13 ventriculo *E*. || 14 statim ueruecis *V* P^4 *F R*, st. uerueces *L*, uerbecis P^3 *G*. || pleno *E*. || spatium *E*. || 15 debes *E R*. || ipsa *om. A*. || 16 et tertio *A*. || 17 nocebit *g s*. || extinguis *L* P^2 P^3 P^4 *V F E A*. || 18 crocodrilli pellem uel marini uituli uel hyaenae *R*, crocodilli P^2 *V* P^3 P^4, hynae *L*, hyaene P^2, hyenae *V*. || 20 curtis *R*, cortis *V* (v *supra scriptum*). || 21 plaustrem *L*. || manus *R*. || 23 in terram *R*. || et glebas P^2 P^3 P^4 *g s*. ||

possit inverti, sed supina permaneat. hoc facto fertur spatium
sic defensum nubes inimica transcurrere. nonnulli, ubi instare 15
malum viderint, oblato speculo imaginem nubis accipiunt et hoc
remedio nubem, seu ut sibi obiecta displiceat, seu ut tamquam
geminata alteri cedat, avertunt. item vituli marini pellis in
medio vinearum loco uni superiecta viticulae creditur contra inminens malum totius vineae membra vestisse.

Omnia semina horti vel agri feruntur ab omnibus malis ac 16
monstris tuta servari, si agrestis cucumeris tritis radicibus ante
macerentur. item equae calvaria sed non virginis intra hortum
ponenda est vel potius asinae. creduntur enim sua praesentia
fecundare, quae spectant.

DE AREA.

Area longe a villa esse non debet et propter expor- XXXV
tandi facilitatem et ut fraus minor timeatur domini vel procuratoris vicinitate suspecta. sit autem vel strata silice vel saxo
montis excisa vel sub ipso triturae tempore ungulis pecorum et
aquae admixtione solidata, clausa deinde et robustis munita
cancellis propter armenta, quae, cum teretur, inducimus. sit 2
circa hanc locus alter planus et purus, in quem frumenta transfusa refrigerentur et horreis inferantur: quae res in eorum
durabilitate proficiet. fiat deinde undecumque proximum tectum,
maxime in umidis regionibus, sub quo propter imbres subitos
frumenta, si necessitas coegerit, raptim vel munda vel semitrita
ponantur. sit autem[5n)] loco sublimi et undecumque perflabili, 3
longe tamen ab hortis, vineis atque pometis. nam sicut radicibus

1 si supina *R*, sed sopina *V*. || 2 transire uel transcurrere *R*. || 4 seu ut (*ante* sibi) *V* (*in rasura*). || ut (*ante* tamquam) *om G g s*. || 5 cedant *L*. || 6 uticule *P*[2]. || 10 item — spectant *om. A*. || calburia *L*. || 11 etiam (*pro* potius) *g s*. || enim *om. E*. || 13 De area ubi ponenda sit et qualiter facienda *R*. || 14 et *om. V*. || 15 minorum domini timeatur *R*. || 17 pecudum *R*. || 18 ammixtione *R*. || solidata *om. G*. || 19 quecumque *L*. || teritur *P*[2] *g s*, terentur *F*. || 22 inde *L*. || undecumque *incl. g s*, *om A*. || 23 per imbres *E*. || 24 raptim munda *A*. || uel cum restibus semitrita *R*. || 25 Sit hoc loco *P*[4], Sit autem [area] loco *g s*, area *P*[3] (*a manu secunda supra scriptum*). || 26 pomeriis *R*. ||

virgultorum prosunt laetamen et paleae, ita insidentes frondibus has perforant atque arere conpellunt.

DE APIUM CASTRIS.

XXXVII Apibus stationem non longe a domnicalibus[51]) vel in horti parte secreta et aprica et a ventis remota et calidiore locare debemus, quae in quadratam constituta mensuram fures et accessus hominum pecudumque submoveat. sit abundans floribus, quos vel in herbis vel in fructicibus vel in arboribus procuret industria.

2 herbas nutriat origanum, thymum, serpillum, satureiam, melisphyllum, violas agrestes, asphodilum, citriaginem, amaracum, hyacinthum, qui iris vel gladiolus dicitur similitudine foliorum, narcissum, crocum caeterasque herbas suavissimi odoris et floris. in fruticibus vero sint rosae, lilia, violae flavae, rosmarinus ederae, in arboribus zizyphus, amygdalus, persicus, pirus pomiferaeque arbores, quibus nulla amaritudo respondet flore desucto: silvestria vero glandifera robora, terebinthus, lentiscus, cedrus, tilia, ilex minor et tinus[52]), sed taxi removeantur inimicae.

---

2 has *om. codices*, ipsas perf. *R*, [eas] perforant *g s*. || atque *om. F*. || arare *L* P^2, aree *F*, aere arare *G*, arescere *R A*. || 3 De apium castris et locis aptis faciendis *R*. || 4 a dominicalibus P^4 *G V*; a domicalibus P^3 *E*, a domini aedibus *g s*. || vel *om. g s*. || 5 secunda (*pro* secreta) *G*, secreta parte *R*. || 6 constitutam *R*. || 7 sit et ab. *R A*. || vel *om.* P^3 *R E g s*. || 8 fructicibus *V R*, fructibus P^3 *E F*. || 9 herbas quidem *R*. || thimum *R*. || serpillum *om. V* P^4, serpyllum *L g s*. || saturegam *R*. || melisfillum P^2 P^3 P^4 *F E G*, melisfylum *V*, melliphillum *R*, melisphyllum *om. A*. || 10 asphodilum *om. A*, asfodilum P^2 P^3 P^4 *V F*, asfodillum *R G*. || citriaginem *om. A*, sytriaginem *R*, citraginem *g s*. || amanteum *F*. || 11 iacinthum P^2 *V F R*, iacinctum P^3 P^4. || qui *om. R*. || yris *R*. || similitudinem *L F*, a similitudine *R*. || 12 nascissum P^2. || crocumque *R*. || suassimi *R*. || 13 in fructicibus *V R*, in fructibus *L F*. || lilia *om. G*. || violae *om g s*. || flabae *L* P^3 P^4 *E G*, flabe *F*, fabae P^2 *R g s*. || rosmarinus *om. F*. || 14 ederae *om. F*. || tityphus P^2, zyzyphus *V* P^3, ziziphus *R*. || rosmarinus edere amygdalus *F*, amygdalus *V* P^3 P^4. || pomique *F*. || 15 floris *R A*. || desuco *L* P^2 P^4, defuncto *E*, uel (*a manu II in rasura*) sucto *V*, uel succi *R A*. || 16 grandifera P^2. || 17 tulea *L*. || ulex *L* P^2, ylex *R*. || thinus *V*. timus *F*. tynus *R*, linus *g*, pinus *s*. || inimicae remoueantur *R*. || Inimica sed *G*. ||

primi saporis mella thymi sucus effundit, secundi meriti thymbra, 3
serpillum vel origanum, tertii meriti rosmarinus et satureia.
caetera ut arbutus et olera saporem rustici mellis efficiunt.
sint autem arbores a septentrionali parte dispositae. frutices
atque virgulta ordines suos sub maceriis exequantur. herbas
deinde plano post frutices conseremus. fons vel rivus huc conveniat otiosus, qui humiles transeundo formet lacunas, quas
operiant rara et transversa virgulta sedes tutas apibus praebitura, cum sitient. sed ab his apium castris longe sint omnia 4
odoris horrendi, balneae, stabula, coquinae fusoria. fugemus
praeterea animalia, quae sunt apibus inimica, lacertos et blattas
et his similia. aves etiam pannis et crepitaculis terreamus. purus
custos frequens et castus accedat habens nova alvearia praeparata, quibus excipiatur examinum rudis iuventus. vitetur odor 5
coeni et cancer exustus et locus, qui ad humanam vocem falsa
imitatione respondet. absint et herbae tithymallus, elleborum,
thapsia, absinthium, cucumis agrestis et omnis amaritudo conficiendae adversa dulcedini.

Alvearia meliora sunt, quae cortex formabit raptus ex (XXX
subere, quia non transmittunt vim frigoris aut caloris. possunt 6

---

1 thimi P^3, timi *R.* || effudit *L*, effundet *R.* || tymbra P^3 *V*, est tymbra *R*, thymbre *F*, timbra P^4. || 2 serpyllum *L V.* || est rosm. *R.* || saturega *R.* || 3 et caetera *L*, cetera uero *E.* || arbustus *R.* || holera P^2, olea *R.* || soporem P^2. || 4 fructices *R.* || 6 in plano H[3] *E G F g s.* || conferemus *R.* || riuus sit qui *A.* || huic *R.* || 7 quas — sitient *om. A.* || 8 et transuersa — sitient *om V*, (*a secunda manu in margine scriptum*). || 9 conficient *F*, consitient *R.* || a castris apium *A*, apum *V.* || fient P^3. || omnia — coquinae *om A.* || 10 fusoria et similia *R.* || fugiemus *R*, fugabimus *G.* || 11 lacertas *G.* || et *om. E g s.* || blathas P^4. || 12 pannis et *om. A*, et *om. R.* || 13 custos *om. G.* || 14 iubuntus *L.* || vitetur *om. A.* || 15 foeni *E*, stercoris *V* (*a manu secunda supra* coeni *scriptum*). || adustus P^4 *E g s*, ustus *G.* || 16 titymallus *V*, titimallus P^2 *R*, tytimallus P^3, tytimalus P^4, tithymalus *s.* || elleborum P^2 *V* P^3 P^4, eleborum *R.* || 17 thapsia *om. A*, tharsia P^2 *G*, tarsia *L* P^3 P^4 *R*, thabsia *F*, thabisia *V* (*in rasura*). || absentium *L* P^2, absintium P^3 P^4 *V.* || cucumeris *V R.* || 20 XXXVIII. Aluearia *g s*, albearia P^2 P^3. ***Nullus codex habet signum novi capitis.*** || formauit *E R.* || 21 exubere P^2 P^3 (s *supra scriptum*) *E.* ||

tamen etiam ferulis[53]) fieri. si haec desint, salignis viminibus
fabricentur vel ligno cavatae arboris aut tabulis more cuparum.
fictilia deterrima sunt, quae et hieme gelantur et aestate ferve-
7 scunt. sed inter ea loca, quae muniri debere praecepi, podia
(2) ternis alta pedibus fabricentur inducta testaceo et albario opere
levigata propter lacertorum caeterorumque animalium noxam,
quibus est moris inrepere: et supra haec podia alvearia conlo-
centur, ita ut non possint imbre penetrari, spatiolis inter se
patentibus segregata. angustus tamen aditus admittat examina
propter frigoris et caloris iniuriam. sane ventis frigidioribus
altus paries resistat, qui locum possit defensis sedibus apricare.
8 aditus omnes soli obponantur hiberno, qui in uno cortice duo
(3) vel tres esse debebunt ea magnitudine, quae apis formam non
possit excedere. sic enim noxiis animalibus ingressu resistetur
angusto, vel si apes obsidere voluerint, exeuntes alio; cum non
defuerit, utentur egressu.

DE APIBUS EMENDIS.

XVIII Apes si emendae sunt, provideamus, ut plena alvearia
(XXIX) conparentur: quam rem vel inspectio vel murmuris magnitudo
vel frequentia monstrat conmeantis ac remeantis examinis: ex
vicina potius quam longinqua regione[54]), ne aeris novitate
temptentur. si vero longius advehendae sunt, collo nocte por-

---

1 etiam *om.* *R*, et *caeteri codices.* || ex ferulis P^4 *R*. || hac *g s.* || saliginis *L V*. || inaminibus *F*. || 3 teterrima *V*, pessima *R*. || 4 debere munire *R*. || prae-cipi *L G*, praecipimus *R*, praecepimus *g s.* || 5 tribus *R*. || induta *L* P^4 *E V R G*, induata P^3. || testatio *R*. || albari P^2. || 6 lacertarum *A G*. || 7 podia *om.* *V*, odia *L*, duo P^2. || albearia P^2 P^3. || 8 penetrare *R*. || 9 admittant P^2. || 10 frigidioribus ventis *R*. || 11 applicare P^2, aplicare *F*. || 12 opponuntur *R*. || qui *om.* *V*. || 13 mag-nitudinem *A*. || 14 possint *L*. || resistitur *R*. || 15 uoluerint obsidere *R*. || cum non defuerit *om.* *A*, cum non defuerint *R*, cui defuerint *E*, ubi non fuerint *g s.* || 16 uitentur *L G V*, uitent *F*. || 17 De apibus emendis et cibis utilibus et aluеariis *R*. || 18 albearia P^2 P^3. || 19 vel (*ante* inspectio) *om.* *G*. || 20 monstrat *om.* *R*. *A*. || et *R*. || examinis probant *R*. *A*. || et ex P^4, [et] ex *g s.* || 21 ex long. reg. *R*, [ex] l. r. *g s.* || 22 terreantur *R*, tereantur *A*, tententur *g s.* || uehenda *E*. || nocte collo *E g s.* ||

tentur nec conlocare nec aperire alvearia nisi vespere instante
debemus. speculemur deinde per triduum, ne omne ianuas suas 2
egrediatur examen. hoc enim signo fugam meditantur adsumere.
contra haec et caetera suo unaquaeque mense reddemus. tamen
creduntur non fugere, si stercus primogeniti vituli adlinamus
oribus vasculorum.

DE BALNEIS.

Non alienum est, si aquae copia patiatur, patremfamilias XXXIX
de structura balnei cogitare: quae res et voluptati plurimum (LX)
conferat et saluti. itaque balneum constituemus in ea parte,
qua calor futurus est, loco ab umore suspenso, ne uligo eum
fornacibus vicina refrigeret. lumina ei dabimus a parte meridiana
et occidentis hiberni, ut tota die solis iuvetur et inlustretur
aspectu. suspensuras vero cellarum sic facies. aream primo 2
bipedis sternis: inclinata sit tamen stratura ad fornacem, ut, si
pilam miseris, intro stare non possit, sed ad fornacem recurrat.
sic eveniet, ut flamma altum petendo cellas faciat plus calere.
supra hanc straturam pilae laterculis argilla subacta et capillo
constructae fiant distantes a se spatio pedis unius et semissis,
altae pedibus binis semis. super has pilas bipedae constituantur
binae in altum atque his superfundantur testacea pavimenta et
tunc, si copia est, marmora conlocentur. miliarium vero plum- 3
beum, cui aerea patina subest, inter soliorum spatia forinsecus
statuamus fornace subiecta, ad quod miliarum fistula frigidaria
dirigatur et ab hoc ad solium similis magnitudinis fistula pro-

2 post triduum *L* P^3 P^4 *G*. || 4 uel caetera *codices*. || unoquoque *R*, unumquodque *g s*. || 5 creduntur confugere P^3, non fugere creduntur *R*. || primigeniti *L* P^3 *F*. || alinamus horribus *R*. || 8 copiam P^2 *R*. || paterfamilius *R*. || 9 destructa *L* (m *a manu secunda supra scriptum*). || 10 confert P^2 P^3 P^4 *F G g s*. || 11 qua *om*. *R*. || 15 bipedem *R*. || 16 ad *V* (*a manu secunda supra scriptum*). || 18 super *R*. || structuram *R*. || 19 semis *R*. || 21 adque P^2. || 22 mimarium *R*. || 23 erca *V*, area *R*. || 24 ad adquod *L*. || mimarium *R*, mimarum *F*. || fistula — magnitudinis *om*. *E*. || 25 dirigatur — fistula *V in margine*. || ad *om*. *R*. ||

cedat, quae tantum calidae ducat interius, quantum fistula illi frigidi liquoris intulerit. cellae autem sic disponantur, ut quadrae non sint, sed verbi gratia, si quindecim pedibus longae fuerint, decem latae sint: fortius enim vapor inter angusta luctabitur.
4 soliorum forma pro uniuscuiusque voluntate fundetur. piscinales cellae in aestivis balneis a septemtrione lumen accipiant, in hiemalibus a meridie. si fieri potest, ita constituantur balneae, ut omnis earum per hortos decurrat eluvies. camerae in balneis Signinae fortiores sunt: quae vero de tabulis[55]) fiunt, virgis
5 ferreis transversis et ferreis arcubus sustinentur. sed si tabulas nolis inponere, super arcus ac virgas bipedas constitues ferreis ancoris conligatas capillo inter se atque argilla subacta cohaerentes et ita inpensam testaceam subterinduces: deinde albarii operis nitore decorabis. possumus etiam, si conpendio studemus, hiberna aedificia balneis inponere: hinc et habitationi teporem submittimus et fundamenta lucramur.

DE MALTHIS CALIDAE ET FRIGIDAE.

XL (XLI) Scire convenit, quoniam de balneis loquimur, quae sint malthae calidariae vel frigidariae, ut, si quando in soliis scissa sint opera, possit repente succurri. calidariae conpositio talis est. picem duram, ceram albam ponderibus aequis, stupam, picis liquidae totius ponderis dimidiam partem, testam minutam, florem calcis, omnia simul mixta confundes et iuncturis curabis inserere.

---

1 tamen (*pro* tantum) *R.* || illi fistula *R.* || 2 atulerit *R.* || 5 fundentur P^2, defundentur *R.* || 7 Sed si *R.* || balnea *E.* || 8 eorum *E.* || elubies *F*, ebulliens *E.* || [si] Signinae [fiant] *g s.* || 9 de tubulis *PL* ^{2} *V* P^3 P^4 *F E R.* || fiunt *om. E.* || 10 transfusis *R.* || tubulos *L* P^2 *V* P^3 P^4 *F*, Sed tumbos si *R.* || 11 bipedes *E F.* || 13 subterinducis P^2 P^3 P^4 *E V F R*, subinterducis *L.* || alucarii *L.* || 15 Huic enim (*pro* hinc et) *V.* || habitationis tempore *R.* || 16 summitibus P^2, sumitatibus *R.* || 17 De malthis calidorum et frigidorum *R.* || 18 quae *om. R.* || sunt *omnes.* || 19 caldariae *V R G*, calderiae *E.* || vel frigidariae *om. E.* || scisa *L*, sissa *R.* || 20 sunt *R g s.* || possint *L.* || Calidarum P^2 *V* P^3 P^4 *F R.* || Callidarum *L.* || 22 munitam *V.* || 23 confundis *L* P^2 *V* P^3 P^4 *F R*, confu... P^1 *), in pila contundes *g s.* ||

*) *De codice P^1 vide praef.*

aliter ammoniacum remissum, ficum, stupam, picem liquidam 2
tundes in pilo et iuncturas oblines. aliter: ammoniacum et sulfur
utrumque resolutum line vel infunde iuncturis. item picem duram,
ceram albam et ammoniacum super remissum simul iuncturis
adline et cautere cuncta percurre. item florem calcis cum oleo
mixtum iuncturis inline et cave, ne mox aqua mittatur. aliter 3
sanguini taurino et oleo florem calcis admisce et rimas coniunctionis obducito. item ficum et picem duram et ostrei testas
siccas simul tundes. his omnibus iuncturas diligenter adlines.
item malthae frigidariae sanguinem bubulum, florem calcis,
scoriam ferri pilo universa contundes et ceroti instar efficies et
curabis adlinere. item saevum liquefactum cribellato cineri admixtum frigidae aquae inter rimas labenti, si adlinatur, obsistet.

DE PISTRINO.

Si aquae copia est, fusoria[56]) balnearum debent pistrina XLI
suscipere, ut ibi formatis aquariis molis sine animalium vel (XLII)
hominum labore frumenta frangantur.

DE INSTRUMENTIS AGRESTIUM.

Instrumenta vero haec, quae ruri necessaria sunt, pare- XLII
mus, aratra simplicia vel, si plana regio permittit, aurita, quibus (XLIII)
possit contra stationes umoris hiberni sata celsior sulcus ad-

1 stuppam P^2 P^3. || 2 confundis *G*, tundis *reliqui*. || in pilo *om.* *G*, in *om.* *g s*. || oblinis *omnes*. || 4 cera alba *R*. || 5 adlide *G*. || caute *V F R*. || 7 taurino *R*. || cum iunctionibus inducito *R*, inlini P^4. || 8 ostrae P^3, ostreae *E*, hostrei P^4, ostrai F, ostree *R*. || 9 allinies malthae autem frigidariae conpositio *R*. || 11 schoream *L* (i *supra scriptum*), scoream *V*. || contundis L^2 *V* P^3 *F*. || 12 adlinire *L* P^2 P^4 *g s*, allinere P^3, allinire *R*. || sepum *R*. || crivellato P^2 P^3 P^4 *F*. || 13 in termas *R*. || lauanti P^3, lauenti *F*. || adliniatur *F R*. || 15 fuerit (*pro* est) *R*. || fusura *L* P^1 P^2 P^4 *E G*, fusuras P^3 *V* (s *a secunda manu additum*) *g s*, fissuras *F*, sulfurea *R*. || et pistrina *L* P^3 *F*. || 16 ut ubi *L* P^3. || mollissime *L*. || 17 frantur P^2, terantur *R*. || 18 De instrumentis ruri necessariis *R*. || 19 Instrumenta vero haec *om.* *A*. || 20 quibus possit celsior sulcus attolli circa stationes humoris hiberni sata *R*, quibus possint contra stat. hum. hib. sata celsiore sulco attolli *g s*. ||

tollere[57]), bidentes, dolabras, falces putatorias, quibus in arbore
2 utamur et vite, item messorias vel faénarias, ligones, lupos id
est serrulas manubriatas minores maioresque ad mensuram cubiti,
quibus facile est, quod per serram fieri non potest, resecando
trunco arboris aut vitis interseri, acus, per quas in pastinis
sarmenta merguntur, falces a tergo acutas atque lunatas, cultellos
item curvos minores, per quos novellis arboribus surculi aridi
3 aut extantes facilius amputentur, item falciculas brevissimas
tubulatas[58]), quibus filicem solemus abscidere, serrulas minores,
vangas, runcones, quibus vepreta persequimur, secures simplices
vel dolabratas, sarculos vel simplices vel bicornes vel ascias in
aversa parte referentes rastros, item cauteres, castratoria ferra-
menta atque tonsoria vel quae ad animalium solent pertinere
4 medicinam: tunicas vero pellicias cum cucullis et ocreas mani-
casque de pellibus, quae vel in silvis vel in vepribus rustico
operi et venatorio possint esse communes.

---

1 dolabra *E.* || 2 missorias *L.* || lupus P^2. || 4 quod — resecando *om. A.* || 5 truncis *R*, truncis arboris interseri, quod per sarpam fieri non potest: acus *A.* || acos *V.* || 6 mergantur *R.* || adque P^2. || 7 minores curuos *R*, curvos *om. A.* || 8 faculas *A.* || 9 tabulatas *L G*, tribulatas *g s*, fibulatas *coniecit Urlichsius.* || abscindere *R g s.* || 10 bangas P^1 P^3 *V A*, uuangas P^2, uanguas *E.* || 10 uepra solemus abscidere *R.* || securas P^2. || 11 dolabra *R.* || sarculos simplices bicornes *R.* || et ascias *E s.* || aduersa P^1, in aduersas partes *R.* || in — rastros *om. A.* || 13 solent ad animalium *R.* || 14 vero *om. A.* || culis *L* (cu *a secunda manu supra scriptum).* || ocreis *R A.* || manicas *A*, manicisque *R.* || 15 vel (*ante* in silvis) *om. L F R A.* || 16 possunt *E.* || Expletis his, quae pertinent ad generale praeceptum, nunc operas suas singulis mensibus explicabimus et a mense Ianuario faciemus initium *addunt E g s post* communes, Expletis — explicabo itaque a ianuario mense faciamus *post titulos secundo libro praemissos omnes codices excepto E.*

ADNOTATIONES.

1) *Quamvis Gesnerus et Schneiderus* sis *pro* es *scriptum velint, tamen* es *retinendum est: nam primum omnes codices* es *habent, tum alii quoque scriptores vel optimae aetatis indicativo similiter usi sunt* (Cic. p. Arch. 9, 20. Liv. 3, 71, 6. Sall. Iug. 63), *postremo Palladius ipse alio loco* (1, 35, 10) *indicativum pari modo adhibet.*

2) *Nullo loco Palladius de inventionibus vel inventoribus loquitur aedificiorum, sed copiose de aqua invenienda, de puteis, de aqua probanda, de aquaeductibus in libro nono sive Augusto* 8—12.

3) *Non modo* in pomis *sed etiam in aliis hoc a Palladio servatum esse iam Gesnerus conmemoravit. sed* in primis *ineptum mihi videtur: nam Palladius particula* sane *aliis locis utitur ad augendam atque adfirmandam aut nominis aut verbi notionem* (1, 34, 7. 1, 30, 1. 1, 29, 4. 1, 29, 2. 1, 25, 1), *hoc autem loco, si* in primis *adpositum esset,* sane *supervacaneum esse adparet.*

4) *Palladius praepositionem repetere non solet. cf.* 1, 6, 2. 1, 6, 15, 1, 7, 4. 1, 10, 2. 1, 38 (39), 1. 3, 15, 18. 4, 10, 18.

5) *Hic locus totus non parvam difficultatem praebuit Gesnero et Schneidero, ex quibus ille* ut vitiato — decurrat *glossam iudicavit, hic* sed si *pro* ut *scripsit: at ego nihil puto mutandum, quod* ut *hic est consecutivum et* nam plerumque — invenitur *interposita sententia et per particulam* deinde *Palladius ad constructionem intermissam revertitur.*

6) *Qui codicem archetypum literis, quae vocantur, capitalibus exaratum transscripsit, ab eo literas E et I in illa scriptura inter se simillimas nonnumquam permutatas esse nemo infitias ibit. cf.* 1, 13, 2 subnectemus, 1, 40 (41), 1 confundes, 12 (43), 3 messorias *etc.*

7) *Hoc verbum sine* [illegible] *scriptum plerumque formam* consp argo *praebet, item*

delevi et *post* me[illegible] *illud vocabulum a librario, qui* est *in* e

pe [illegible] *intellegebat,* [illegible] *mihi videtur.*

⁹) *Gesnerus se dicit non uti lectione istam neque se [illegible] praeteriatur. Schneiderus autem electum interpretatum esse [illegible], qui in hanc scientiam probatus sit: at mihi videtur* eligens esse [illegible] officium prius eligendi semina *mandatum est. cf.* 1. 16. 2 ut [illegible] eligat, curantes transitus possit admitti.

¹⁰) *Lectio oportet est praeferenda, quia recentiores solum codices* **alteram** *lectionem habent: atque non oportet ipsam [illegible] est [illegible] verum oportet* ***per notam*** *scriptio, qua ratione scribenda [illegible] librarii usi* ***sunt. huc accedit, quod Palladius amantissimus est huius particulae temporalis eaque in primo libro sexiesdecies utitur, sed eum concessivum uno loco*** 1. 5. 6 ***legitur. causale*** *usquam praeterea oportet apud Palladium [illegible] invenias.*

¹¹) *Cf.* 1. 6. 5 totius arboris inimicus. 1. 6. 7 et voluptatis et utilitatis adversa.

¹²) *Cf.* 1. 42 (43). 3 abscidere. 3. 24. 13 abscidere. 4. 1. 3 abscidi. 6. 4. 1 abscidere. 7. 2. 2 absciditur. *his omnibus locis codices* ***consentiunt. praeterea legimus*** *apud Palladium* 1. 6. 4 recidentur. 1. 6. 9 recidas. 3. 12. 4 recisus. 3. 13. 1 praecidatur. 3. 13. 2 recidantur et circumcisis. 3. 15. 1 recidendam. 3, 16, 2 reciduntur *et* recidas.

¹³) Adversa *hoc loco est in eodem usu. in quo saepius* inimicus *et* contrarius. *praeterea conferas Sall. Iug.* 43. 1 Metelloque Numidia evenerat, acri viro et, quamquam adverso populi partium, fama tamen aequabili et inviolata. ***Quintil. Inst. or.*** **12, 1. 2**: Rerum ipsa natura — non parens sed noverca fuerit, si facultatem dicendi sociam scelerum adversam innocentiae, hostem veritatis invenit.

¹⁴) *Palladius substantivo pro adiectivo saepius* ***utitur. cf.*** **1, 5, 1. 1, 35, 8.** 1, 37. 5. 1, 39. 5. 3. 4. 1. 4. 15, 1. 5. 1. 3.

¹⁵) *Cf.* 11, 3, 1.

¹⁶) *Cf.* 1. 4, 1 aut palude.

¹⁷) *Lectio* reclivi *non concinit* ***etiam ob hanc rem, quod campus est planus atque*** *hic ut tabula (cf.* 7. 2. 3*)* reclinis. ***sed collis (clivus) est*** declivis *vel* proclivis: *quod autem superest,* reclivis ***nullo alio loco invenitur, praeterquam quod apud*** *Venantium Fortunatum (De vita S. Martini)* recliva nave ***legimus, sed*** reclinis *saepissime est in usu.*

¹⁸) ***Mihi videtur errore quodam librarii, qui scripsit librum, unde hi*** *Palladii codices fluxerunt,* ***vocabulum*** agro ***ex suo versu in subsequentem incidisse.***

¹⁹) *Cf.* 1, 6, 1 aestimaris. **1, 9, 4 exploraris.**

²⁰) *Gesnerus et Schneiderus* tremorem ***praetulerunt, quod altera lectio*** *nimis videretur hyperbolica: sed conferas* **1, 42 (43), 1 quibus possit contra stationes umoris** hiberni sata celsior sulcus adtollere, **1, 19, 3 Herba conyza sicca substrata frumentis** addit aetati.

²¹) *Cf.* 3, 25, 9. 3, 25, 18.

²²) *Palladius* ***cum neglegentia quadam, ut postea*** calci, ***ita hoc loco*** harenae ***subplet, quod vocabulum aliquanto ante legitur. cf.*** **1, 19, 1 Situs horreorum** quamvis ipsam desideret partem *(sc.* septemtrionis, ***quod vocabulum in capite antecedente iam***

scriptum est), 1, 21, 2 si focum proxime habeant et lumen *(i. e.* ignem *vel sc.* ignis*)* intendant, 1, 36, 3 sit autem [*sc.* area] loco sublimi.

[23]*) Gesnerus et Schneiderus ante* albo *inserunt* ex, *quod supervacaneum est. cf.* 1, 13, 1 aut tabulis faciemus aut cannis, 1, 37 (38), 6 (1) possunt tamen etiam ferulis fieri. si haec desint, salignis viminibus fabricentur vel ligno cavatae arboris aut tabulis.

[24]*) Substantivum* perpluvium, i, *quod a verbo* perpluere *ita ducitur, ut* diluvium *a* diluere, eluvies *ab* eluere, inpluvium *ac* conpluvium *ab* inpluere *ac* conpluere, *quamquam nullo alio loco invenitur, tamen maxima fide ac consensu codicum Palladii vetustissimorum confirmatur.*

[25]*) Cf. Vitruvium* 7, 2, 1.

[26]*) Quod propter consensum codicum* marmore *in* marmoreo *non facile mutari potest, subplementum intellegatur* facto. *huc accedit, quod instrumentalis ablativus et ad verbum* cooperire *et ad* subigere *magis convenire mihi videtur quam praepositio* ex. *praeterea cf. infra* marmoris grani, 1, 21, 1 a septemtrione luminibus, 1, 35, 2 ex cameris fuliginem.

[27]*) Cf.* 1, 10, 1 quae — edit stridores.

[28]*) Iam Schneiderus intellexit* obscuram *esse necessarium propter insequentia verba* vel obscurae proximam*: lectio autem* obscure positam, *quam E habet, emendatio illius librarii esse videtur neque adcipienda est, quod omnes alii codices* proximam *praebent, in eorum numero ipse codex* P^3, *ex quo E fluxit.*

[29]*) Hoc loco* asellus *spondam quamdam significat ligneam, quam nos* „Bock" *dicimus: at* basella, *quod veteres editiones et ex eis lexica ut* ἅπαξ εἰρημένον *habent, est falso per dittographiam ortum: deminutivum autem a nomine* basis *ductum Graece esset* basidium (βασείδιον), basicula *Latine, si quidem in usu esset. infra autem pro* basis *dicit Palladius* podium, *quod, ex lapidibus constructum, contrarium est lignei* aselli. *cf.* 1, 37 (38), 7 (2) sed inter ea loca, quae muniri debere praecepi, podia ternis alta pedibus fabricentur inducta testaceo et albario opere levigata. *Praeterea conparandum est* capreolus *vocabulum, quod in agricultura (Colum.* 11, 3, 46*) significat* genus *quoddam* bicornis ferramenti *et in architectura tecti materiationis eam particulam, quam nos* „Strebe" *adpellamus. (cf. Caes. b. c.* 2, 10, 3. *Vitr.* 4, 2, 1. 5, 1, 9.) *de ceteris autem animalium nominibus, quae ad instrumenta translata sunt, loqui supervacaneum videatur.*

[30]*) Glossema ex Colum.* 12, 18, 4 *promptum est* obruta.

[31]*) Cf.* 1, 10, 2 fossiles.

[32]*) Cf.* 1, 9, 2 tremor.

[33]*) Lectio* habitacula, *quam omnes codices et editiones Gesneri Schneiderique praebent, mihi videtur non convenire, quia anseres in villis ali non possent, si* caeterarum *tantum* avium habitacula necessaria *essent, quae sententia in hac particula* sed *inest. ex contrario Palladius antea dicit* stercus avium maxime necessarium *esse* agriculturae excepto anserum laetamine, quod satis omnibus inimicum *sit. huic autem anserum laetamini iterum obponitur caeterarum avium stercus. cf.* 1, 37 (38), 8 (3)

alio, cum non defuerit, utentur egressu. *fortasse de maiore interpolatione* (sed — sunt) *cogitandum est.*

[34]) *Quod g s ex vetustissimis editionibus addunt, id ego censeo glossema esse. ad verba autem* vetus spartea *animo subplenda est* solea, *ut ex Columella* 6, 12, 2 *intellegi potest. conferas etiam Colum.* 6, 15, 1.

[35]) *Non raro* neque *pro* ne — quidem *in usu est. cf. Col.* 3, 21, 7. *Curt.* 7, 25, 4. *Tac. a.* 2, 82. *Plin.* ep. 2, 2, 3. *Sen. ep.* 30. *Liv.* 31, 32.

[36]) *Cf. Colum.* 8, 9, 3.

[37]) *Cf. Tac. h.* 2, 10. *Verg. G.* 3, 156. *Ov. am.* 3, 8, 9. *Suet. Tib.* 1.

[38]) *Cf. Col.* 8, 3, 1. 8, 3, 2.

[39]) *Cf.* 1, 28, 5.

[40]) *Cf.* 1, 30, 3.

[41]) *Cf. Marc. Emp.* 22 observet, ut illo triduo purissimus et digestissimus sit.

[42]) *Cf.* 1, 35, 2. 1, 35, 12. 12, 1, 3. *Vitr.* 2, 9, 14.

[43]) *Cum aliis locis* mixtus, mixtio *et alia id genus fere legantur, hic* mistus, *quod P² praebet, conruptum esse videtur: itaque* iutum *praefero.*

[44]) *Cf.* 1, 34, 7.

[45]) *Cf. Paul. Nol. Ep.* 18, 7 crucifixor, *Prud. Cath.* 3, 1 crucifer.

[46]) *Forma* cedrus, *quam codex G solus praebet, magis convenit ad scripturam codicum vetustiorum L P² V, qui* cedram *habent: atque in Sangermanensi Columellae codice omnium vetustissimo et praestantissimo* 6, 32, 1 *legitur* cedro, *quod in editionibus in formam* cedria *perversum est. cf. Vitr.* 2, 9, 13. *Ov. trist.* 3, 1, 13. *Hor. a. P.* 332. *Mart.* 3, 2. *Pers.* 1, 42. *itaque* cedriam, *quod P³ P⁴ E habent, et* ceram, *quod in codicibus F R scriptum invenimus, pravae emendationes esse videntur.*

[47]) *Cf.* 1, 1, 1 praecepturus es.

[48]) *Cf.* 1, 30, 3 noceantur.

[49]) *Observes coniunctionem* ut *adverbio* sic *antecedenti respondere*, et *non respondere.*

[50]) *Cf.* 1, 10, 2 fossiles.

[51]) *Quamvis ea lectio, quam legimus apud Gesnerum et Schneiderum, luculentissima adpellanda sit coniectura, tamen id retinendum est, quod omnes codices praebent: nam primus videtur Palladius usus esse vocabulo* domnicalis. *idque creberrime in tabulis aetatis Merovingianae et Carolingianae perinde invenitur ac* dominicus, *quod etiam apud Columellam* (9 *pr.* 1 mos subiecta dominicis habitationibus ponebat vivaria) *legimus, aliaque eiusdem generis. cf. G. Waitz, Über die altdeutsche Hufe, Gottingen 1854, p. 46 & 47.*

[52]) *Cf. Plin.* 1, 30 (39), 128.

[53]) *Cf.* 1, 10, 3 albo saxo duro

[54]) *Cf.* 1, 4, 1 aut palude.

[55]) *Quamquam camerae ex* tubulis *vel ex oblongis vasis fictilibus factae apud Romanos inveniuntur (cf. Overbeck, Pompeji, 3. Aufl., p. 336. Lübke, Geschichte der Architectur, 3. Aufl., p. 236), tamen hoc loco* tabulae *ligneae intellegendae sunt: nam*